



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

Junius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

# JUNIUS

## I.

*Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficerem opus ejus. Jo. 4. v. 34.*

Considera, quae sit illa voluntas, quam Christus hoc loco vocat Voluntatem Patris sui, & quod sit opus. Opus erat salus totius generis humani: *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut facerem.* Jo. 17. voluntas erant cuncta illa media, quae Christus debebat adhibere pro tali salute, peregrinando, praedicando, patiendo ulque ad mortem, & mortem quidem Crucis. *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: DEUS meus voluit.* Pl. 39. Hujus impletionem cibum suum vocat: *Meus cibus est.* non quod ut homo verus non etiam cibo vivereat corporeo, sed quod istum nihil faceret respectu alterius: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Jo. 4. v. 32. Si bene intelligeres, quid Christus voluerit indicare, cum cibum suum appellavit impletionem hujus voluntatis Paternae, quantumvis in se dura & difficilis, o quantum haberes causam erubescendi!

2. Considera cujusvis hominis justus cibus dici posse adimple-

tionem sanctae voluntatis Divinae: *operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.* Job. 6. v. 27. quia sicut cibus sustentat vitam corporis, ita ista adimpletio sustentat vitam animae, quae est gratia. Sed cum eo emolumento sustentat, ut lapsu temporis, quantumcunque comedas, corpori tuo sit moriendum, at si è contrario semper facias voluntatem Divinam, anima tua in aeternum mori non possit. *Audite, & vivet anima vestra.* Mt. 55. v. 3. In hoc sensu dicere Christus non potuit cibum suum esse facere voluntatem Patris, quia omnia ejus opera tam perfecta, tam pura, quae patrabat, nihil poterant ad servandam illi gratiam. Et ratio est, quia ista in ipso non pendeat ab operibus, sed ab unione Hypostatica, quae sola impeccabilem reddebat. & ideo quantumvis ipse ut talis non posset operari nisi sanctissime, nihilominus haec ejus operatio tam sancta non conservabat in ipso vitam animae, prout in alijs justis accidit, sed potius vita animae conservabat in ipso operationem sanctissimam. atque idcirco hoc sen-

anna  
teoria  
VII





scire, & ad illam magnitudinem staturam debitam perducere, non attingeret, si parcius crederet & iste magnitudinis mensura ad quam paulatim promovetur, transeundo à statu incipientium, terum proficientium, & ab hoc ad statum perfectorum, & plurimum conducit operum, quamvis adhuc eo discrimine, si ætatem certam attingeris, virilis, quantumcunque corpus non crescat amplius: ritus semper crescit. *Qui sanctificatur adhuc.* & isto sensu Christus dicere non potest, suum esse adimplere voluntatem Paternam, quia ille nunquam crevit equidem in æstimatione, qui de die in diem magis illam scientiam, illam gratiam, illam gloriam, illam in sinu suo concluderat, atrevit crevit nisi quoad corpus: semper erat Gigas. & licet cresceret meritis, quæ paulatim mulabatur per actus tam excellens, idcirco crescebat sanctitate: erant merita, sed non crevit idcirco nec isto quidem sensu cum veritate potuit: *Mens cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.*

4. Considera de quocunque Justo dici etiam posse cibum ejus esse adimplere voluntatem Divinam, quia, quemadmodum cibum corporeum non solum confortat corpus, sed facit cre-

scire, & ad illam magnitudinem staturam debitam perducere, non attingeret, si parcius crederet & iste magnitudinis mensura ad quam paulatim promovetur, transeundo à statu incipientium, terum proficientium, & ab hoc ad statum perfectorum, & plurimum conducit operum, quamvis adhuc eo discrimine, si ætatem certam attingeris, virilis, quantumcunque corpus non crescat amplius: ritus semper crescit. *Qui sanctificatur adhuc.* & isto sensu Christus dicere non potest, suum esse adimplere voluntatem Paternam, quia ille nunquam crevit equidem in æstimatione, qui de die in diem magis illam scientiam, illam gratiam, illam in sinu suo concluderat, atrevit crevit nisi quoad corpus: semper erat Gigas. & licet cresceret meritis, quæ paulatim mulabatur per actus tam excellens, idcirco crescebat sanctitate: erant merita, sed non crevit idcirco nec isto quidem sensu cum veritate potuit: *Mens cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.*

scire, & ad illam magnitudinem staturam debitam perducere, non attingeret, si parcius crederet & iste magnitudinis mensura ad quam paulatim promovetur, transeundo à statu incipientium, terum proficientium, & ab hoc ad statum perfectorum, & plurimum conducit operum, quamvis adhuc eo discrimine, si ætatem certam attingeris, virilis, quantumcunque corpus non crescat amplius: ritus semper crescit. *Qui sanctificatur adhuc.* & isto sensu Christus dicere non potest, suum esse adimplere voluntatem Paternam, quia ille nunquam crevit equidem in æstimatione, qui de die in diem magis illam scientiam, illam gratiam, illam in sinu suo concluderat, atrevit crevit nisi quoad corpus: semper erat Gigas. & licet cresceret meritis, quæ paulatim mulabatur per actus tam excellens, idcirco crescebat sanctitate: erant merita, sed non crevit idcirco nec isto quidem sensu cum veritate potuit: *Mens cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.*

5. Considera, quis igitur sit ille legimus, quo dicere hoc potest, sensus erat, ut significaret in eo esse delicias. Scis hoc esse proprium cibi corporali, ut absens excrescere



peccatum, presens illi satisfaciat, & satisfaciendo recreet, reficiat, deleat. & hoc omnino spiritui prestat cibis suis, eo insuper accedente commodo, quod cibus corporeus, si copiosius sumatur, non desideretur amplius, sed potius nauseetur, cibus vero spiritualis tunc appetatur magis, quia satisfacit equidem; sed non sicut: *Qui edunt me, adhuc esurunt.* Item igitur, quid indicare Christus voluerit, cum dixit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus,* indicare voluit hunc summas esse delicias. Numquid ista te reddunt aironitum? nō sine, quam fuerit opus dolore plenum, de quo agebatur? nempe Mundi Redemptio. & in hoc tamen suas Christus delicias constituit, sua gaudia, sua solatia, adeo ut ejus causa superius necessarium corpori alimentum negaret: & cum dare illud aliquando cuperet, ideo cuperet, quia futurum erat vix sue postremum. *Desiderio desideravi hoc pasca manducare vobiscum,* non quodlibet Pasca, sed hoc, quia ab illo transiturus erat ad Crucem. & tu non sentis inde te commoveri saltem ad ruborem, ad compunctionem, ad tunc gratitudinis affectum? quis es tu, ut Christus pro salute tua obliviscatur sui? ille sepius ne cibo quidem corpus curabat, ut tibi attenderet servo suo vilissimo. tu pro ejus servitio quoties neglexisti non inquam nutrire te ipsum, sed satiare prohibitu?

6. Considera cum dixisse faciendam sibi voluntatem ejus, qui misit, & opus perficiendum. *Ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, & perficiam opus ejus.* Voluntas Patris erat, ut Christus pateretur summo rigore, quidquid erat necessarium pro salute mundi: opus erat hæc ipsa salus. Itaque quoad voluntatem Patris, Christi erat totam facere, & sic dixit: *ut faciam voluntatem ejus.* quoad opus, non erat ipsius totum facere, sed solum perficere, & sic dixit: *ut perficiam.* Christi solius erat facere voluntatem Patris, quia Pater non venit in partem passionis. *Torcular calcavi solus.* If. 3. v. 3. sed non perinde solius Christi erat facere omne opus, quia hoc illi commune fuit cum Patre. Decrevit Pater salvum facere mundum. *DEVS vult omnes homines salvos fieri.* & re ipsam etiam salvum fecit, & ideo Christo ut homini solum erat reliquum opus illud salutis perficere. & quia hic loquebatur ut homo, prout ex eo potest colligi, quod sibi dicat esse mandatum, ideo, inquam, istis usus est vocibus: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.* Si solum dixisset, *ut faciam voluntatem ejus,* non expressisset, Passionem suam esse efficacem ad salutem mundi. Si solum dixisset: *ut perficiam opus ejus,* non expressisset passionem suam pro salute mundi esse ex mandato Patris: ideo utrumque conjunxit. Ceterum duo ista

anna

seculi

VII

VII

VII

VII

VII

VII







## II.

*Ubi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui in avibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & solliciti sunt; nec est inventio operum illorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum surrexerunt.*  
Baruc, 3. v. 16.

Considera seriò, quanta sit vanitas vite hujus mortalis, & intra te ipsum quere? *Ubi sunt Principes gentium?* ubi sunt modò tot Principes terre? ubi Augusti? ubi Tibertij? ubi Trajani? ubi Caligolæ? ubi alij Cæsares olim regnantes? *Exterminati sunt.* non solùm egressi sunt hoc mundo, sed exterminati, adeò ut neque cineres supersint. Vade tantùm, vade ad illorum sepulcra, quare illos, inelama: nec unum invenies, qui respondeat. O quale istud illorum fuit exterminium! amiserunt parentes, amiserunt amicos, adulatores, Palatia Regia, sceptræ, thronos, Posteros, & ut verbo dicam, amiserunt cuncta mundi bona. Hoc est exterminium, hæc jactura omnimoda. & erit tamen, qui tanti faciat dignitatem aliquam vel gloriam, quæ tota instar fumij evanescit? o te stultum, si cures!

2. Considera me non sine causâ dixisse illos egressos hoc mundo: quia in altero nimium quantum reperiuntur. Et ubi reperiuntur miseri? in  
R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

Inferno. *Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Exterminati sunt quoad corpus. & ad Inferos descenderunt quoad spiritum. Enimverò nòstine, cur miseri propriè exterminati dicantur? *exterminati sunt.* quia sunt extra suos terminos ejecti. Illorum termini in hac vita erant isti, versari semper in recreationibus & pompis, in pompis & recreationibus, nec passum quidem egredi ex his poterant. jam verò ita illis exiverunt, ut non possent longius: *exterminati sunt, & ad inferos descenderunt.* Ecce! quò pervenerint: ad ipsum infernum, illam scilicet terram, quæ potiori jure, quàm olim Ægyptus dici possit *Terra exterminij.* Sap. 18. v. 15. Miserum te, qui hæc legis, si aliquando periculum adeas exulandi in terrâ tam funestâ? inde non ampliùs reverteris. *Qui descendit ad inferos, non ascendet, nec revertetur ultra in domum suam.* Job. 7. v. 9. hoc enim est, quod præterea significat grande istud nomen *Exterminij*, malum scilicet desperatum, irreparabile, & absque remedio.

Uu

dio



dio. & ejusmodi est, quod hi Grandes nunc patiuntur in inferno. *Non est in illis medicamentum exterminij.* Sap. 1. v. 14.

3. Considera pensculatiùs, quanta sit oppositio terminorum, quæ est inter eum statum, quo fruebantur in hoc mundo, & alterum, quem modò experiuntur in inferno. ut efficacius apprehendas ingens exterminium, quo usque *ad inferos descenderunt.* Illorum voluptas erat dominari in cuncta animalia, quæ discurrunt super terram. *Dominantur super bestias, quæ sunt super terram.* continuo venando feras, nutriendo canes, alendo equos. & nunc in inferno non modò istis bestijs non dominantur amplius, quæ sunt super terram, sed ipsi dominantur bestia, quæ sunt infra terram, quia sunt dati in prædam fœdissimis vermibus, qui eos devorant, scorpionibus, serpentibus: *Dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, arque serpentium.* Deut. 32. v. 24. Illorum voluptas hîc erat ludere cum avibus, quæ in aëre volitant: *In avibus celi ludunt;* & in inferno ipsi facti sunt ludus tot ferocium volucrum, quot sunt dæmones, quibus perpetuò velut ab Harpyis circumferentur. *Devorabunt eos morsu amarissimo.* Deut. 32. v. 24. Illorum voluptas hîc erat non tantùm opes colligere, sed cumulare thesauros. *Argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum.* Servando pecuniam in arcâ potiùs sine usu, quam

dando subditis, dando servis, dando tibus. & in inferno nihil illi est de cunctis thesauris, præter aruginem ad eos urendos accedentibus. *Argentum vestrum & aurum aruginavit: & arugo eorum accedentibus carnem vestras sicut ignis.* v. 3. Ceterùm ô quanta infelix epulo frustra aquæ quærebat. & si obtinisset, futurum erat in tantis ardoribus mentum? potiùs servisset ad incendendos magis, prout aquæ candenti ferro aspersa. Illorum voluptas erat hîc fabricare vasa, sumptuosa ferinia, stantibus, & rara artis mixta, in quibus omnis materia cederet labori. *Argentum fabricant, & solliciti sunt in inventio operum illorum, nec est inventio similis illi operum.* in inferno non est opus se sollicitos. Sine laboriosa in quodammodo confurgunt fragoribus ad excogitandas amentes, ita ut nunquam finem perpetuus pœnarum processum nem aternitatem. *Est processus illis viro indisciplinato; & est in detrimentum.* Eccl. 10. v. 9. nunc, quàm contrarij sunt hîc bene dici potest dominantes, in quo super terram versabantur, alium adedò oppositum transierunt. Sed quid amplius quærimus? *Ad inferos descenderunt.* Sufficiat hoc ut in ijs pessima quæque imaginem & tu eris adedò demens, ut illis



nam felicitatem invidias, nec ad præ-  
sentem miseriam exhorrescas? Vide  
etiam, quam facile sit eos damnari, non  
dicunt illos exorbitasse per effrenes  
libidines, homicidia & latrocinia ex-  
ecrabile, fuisse innocentem sangui-  
nem ad se vindicandos, solum dicitur  
eos operam dedisse rebus, quarum ne-  
mo forte in eo statu conscientiam sibi  
facit, nimirum scilicet indulgisse recrea-  
tionibus & pompis, numquid illorum  
status summe periculosus est? *Va qui  
æquivalenti estis in Sion* Amos 1. v. 6.

4. Considera rem maxime stupen-  
dam, postquam isti è thronis suis dejecti  
sunt in abyssos, inveniri tamen, qui  
velint illorum thronos occupare. De-  
beant potius, ut videretur, omnes pro-  
perare ad antra, ad silvas, ad tumu-  
los, & tamen non sic est, imò certa-  
tim hodie contendunt eò ascendere  
mundani. *Exterminati sunt, & ad  
inferos descenderunt, alij loco eorum  
surrexerunt.*

III.

*Abundantiùs oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne fortè  
perversamur.* Heb. 2. v. 1.

1. Considera dictum istud primario  
pertinere ad omnes Christianos  
cujuscunque etiam humilis conditio-  
nis, in quorum turbâ ex animi demis-  
sione etiam ipse se numerat Aposto-  
lus, & ait: *Nos.* Omnes isti tenen-  
tur observare legem suam Evangeli-  
cam majori accuratatione & perfectio-  
ne, quam olim Hebræi tenerentur

observare suam: aliàs quis dubitet  
ruinam incurfuros irreparabilem? I.  
quia illa lex fuit non nisi per os An-  
geli promulgata: *Ecce, ego mitto An-  
gelum meum, qui præcedat te. Obser-  
va eum, & audi vocem ejus.* Exod.  
23. v. 21. Ita verò per os Christi DEI  
filij: *Hic est filius meus dilectus, in  
quo mihi bene complacui: ipsum au-  
dite.*

U u 2



dit. II. quia illa erat ordinata ad obtinenda mera bona terrena, tanquam primum suum: *si colueritis, & audieritis me; bona terra comedetis.* II. I. v. 19. Ista verò ad obtinenda Cœlestia. *Domine ad quem ibimus? verba vita aeterna habes.* Jo. 6. III. quia illa respectu hujus onus erat intolerabile humeris etiam robustis, tum ob molem multò majorem præceptorum, quæ continebat, tum ob auxilia multò minora gratiæ: *Jugum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus.* Act. 15. v. 10. Ista verò respectu illius onus est tolerabile humeris etiam infirmis. *Jugum meum suave est: & onus meum leve.* Mat. 11. unde vides, an non Apostolus justam habuerit causam dicendi: *Abundantius oportet observare nos ea, quæ audivimus,* à Legislatore tam nobili, tam proficuo & moderato, *ne forte peressuamus.* Quid est *effluere*? est damnari. quia fluit, qui morte moritur temporali: *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertuntur.* 2. Reg. 14. Effluit, qui insuper morte moritur aeternâ. Itaque si tu Christiane legem tuam non serves perfectius, quàm Hebræi suam, non solum *effluas*, ut illis accidit, sed *peressus*, quia damnatio tantò erit major, quanto major extitit culpa.

1. Considera hunc locum pertinere secundariò ad eos Christianos digniores, qui supra turbam elati imò etiam sejuncti à turba in solitudine auscultant voci Divinæ per exercitium contemplationis, quibus meritò se ipsam

accenset Apostolus, & ait: *Non in hoc exercitio pertingebat tium usque Cœlum: Audite verba, quæ non licet hominibus igitur omnes tenentur perfectius servare, quod audierunt in colloquio suo Domino privatis: tuis oportet observare ea, quæ vult. quia nisi observent, contumunt: ne forte peressuamus. perest vas esse pertusum, pertusum quod continere non possit, quia Dominus eatenus curam tuam tuam ijs donis, quæ accipiuntur, ijs luminibus, ijs rationibus, & sensibus tam pulcherrime desiderat te evadere perit. Id ergo si negligas, non solum sensus tibi non concedet, sed illos tollet, quos dedit habere, & que deferet. Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea à te.* 8. Credis fortasse sufficere nitatem ordinariam, qualis sufficit Christianis ordinarijs, quæ sunt admissi ad tam frequentissimum familiare commercium: multum tamen: quia semper versaris in lege, & sic pariter magis obligaris ad perfectum. adverte proinde dicere Apostolum: *oportet nos servare, id est, custodire ea, quæ audivimus, ne forte ea peressuamus.* quia tantumdem est, test perdere hæc dona, quæ tantum volè accipis à DEO, quantum perire te ipsum. hoc verò nunquam cum aquâ vas perdere? *Committitur sicut committitur lagena signis*



per validā, nec invenietur de fra-  
 gmentis eius, in qua hauriatur parum  
 aqua de foveā. II. 30. v. 24.  
 3. Considera dictum istud pertine-  
 re deique ad eos Christianos etiam  
 excellentiores, qui non contenti exercitio  
 contemplationis, ad quod per inter-  
 valla se recipiunt, etiam proximorum  
 salutem per actionem procurant præ-  
 dicando, absolvendo, consulendo, do-  
 cendo, quibus merito seipsum quoque  
 annumerat Apostolus Prædicator  
 gentium & Doctor maximus, atque  
 Nos. huiusmodi, qui audierunt in aure  
 præcepta sui Domini, & deinde prædi-  
 cant super ecclesia, ideo oportet multum  
 esse sollicitos, ut alijs perfectius obser-  
 vent id, quod audierunt: *Abundan-  
 tias oportet observare ea, quæ audierunt:*  
 alias periculum incidunt periculi  
 seipsum, dum alios quaerunt: ne forte per-  
 effluant. Oportet ergo, si tu ex illis  
 es, ad utilitatem aliorum talem per-  
 mittere fluxum donorum, quibus te  
 Dominus intruxit, ut magnam partem  
 serves ad proprium profectum. *Flu-  
 unt illi, qui non contenti sibi solis vi-  
 vere, benevolè se impendunt obsequio  
 proximorum. Effluunt, qui se impen-  
 dunt copiosè. Pereffluunt, qui se totos  
 impendunt: & si totum te alijs dede-  
 ris, quid tibi ipsi de te remanebit? To-  
 tum spiritum suum profert stultus, &  
 hoc ipso demonstrat, quis sit, demon-*

strare stultum, quoniam de alijs cogi-  
 tat, non de se: *Sapiens differt, & re-  
 servat in posterum.* Prov. 29. v. 11. &  
 per hoc se prudentem esse ostendit,  
 quia facit ad modum illarum Virgi-  
 num, quæ tantum olei servare nove-  
 rant pro Lampadibus propriis, ut ne-  
 cessè non esset versari in tenebris. an  
 non vides eandem elemosynam cor-  
 poralem mensurandam juxta statum,  
 in quo versaris? multò magis id in  
 spiritali faciendum, quia in bonis  
 spectantibus ad corpus non sine meri-  
 to multis in casibus magis amare po-  
 tes proximum quàm te ipsum, nunquàm  
 verò in bonis ad spiritum pertinenti-  
 bus. Amare oportet sicut te, non  
 plus quàm te. *Dilige proximum tuum  
 sicut te ipsum.* Quid ergo ages, si be-  
 atà sorte fueris de numero illorum,  
 qui fluunt in obsequium populorum,  
 vel etiam effluunt? pulcrum sumes à  
 fluminibus exemplum, quæ cum ju-  
 stum absolverint cursum, revertuntur  
 ad mare, ut iterum fluant. Ecc. 1. v. 7.  
 debes subinde colligere animum, &  
 attendere tibi; quia quid demum pro-  
 dest tibi lucrari universum, si cum hoc  
 lucro propria conjuncta sit perditio:  
*Quid prodest homini, si mundum uni-  
 versum lucretur, anima verò sua detri-  
 mentum patitur?* Matth. 16.

v. 26.  
 \* \* \*



Uu 3

IV.



## IV.

*Confiteor tibi Pater, Domine Cæli & Terræ, quòd abscondisti  
sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Luc.  
v. 21.*

**C**onsidera voluisse Dominum, ut  
quatuor sacrificia illi offerre-  
bantur per victimas, totidem offerri  
possent per labia: quia illa raro, ista  
momentis quasi singulis reddi po-  
terant. *Tollite vobiscum verba, & con-  
vertimini ad Dominum, & dicite ei:  
reddemus vitulos labiorum nostrorum.*  
Os. 14. v. 3. Jam verò quatuor erant  
genera sacrificiorum juxta finem qua-  
druplicem, quo poterant offerri: nem-  
pe Professionis, Expiationis, Laudis &  
Gratitudinis. Et ad hæc ipsa offeren-  
da labijs una hæc surrogata vox est:  
*Confiteor*; ut adeò non sit necesse tolle-  
re nobiscum verba, sed verbum. Habet  
igitur hoc verbum *Confiteor* in sacris  
paginis quatuor significationes, qua-  
rum exempla capere possumus à solo  
Davide, qui eam toties usurpavit. In  
sensu proitentis fidem suam DEO:  
*Dens meus tu & confitebor tibi.* Pl.  
21. v. 28. In sensu accusantis proprias  
iniquitates: *Confitebor adversum me  
injustitiam meam Domino.* Pl. 31. In  
sensu laudantis DEUM: *Confitebor  
tibi, quia terribiliter magnificatus es.*  
Pl. 138. v. 14. & in sensu gratias agen-  
tis: *Confitebor tibi, quoniam exaudisti  
me, & factus es mihi in salutem.* Pl. 117.  
v. 21. Christus Dominus noster non  
fuit viator in terrâ, fuit Comprehen-

for, quia non credebatur, sed  
& idcirco dicere non potuit. *Confiteor*,  
fidem contestando. non hinc  
cator, sed destructor peccati, ut  
eò dicere non potuit. *Confiteor* de  
arguendo de culpis. superest ergo  
quod ille hac voce est usus, ali-  
retur duplici sensu, atque ut  
redderet DEO sacrificium laudis  
gratitudinis. quo sensu credendum  
fuisse locutum, cum conversus ad  
trem suum dilectum dixit: *Confiteor  
tibi Pater &c.* Ad hæc quod attinet  
lus profectò istorum sensuum et  
tibi non conveniat. Ama igitur  
pernò labris terere verbum meum  
excelli, quia quot illi sensus in  
pariter offerre sacrificia por. *Red-  
dit vitulos labiorum tuorum.*

2. Considera, quæ sit materia  
fessionis hujus, quam Christus  
loquens Patri. materia fuit, quod  
perbis absconderit veritates fidei  
pendas, & eas aperuerit humilibus  
*Quòd abscondisti hæc à sapientibus  
prudentibus, & revelasti ea parvulis.*  
Jam nôsti veritates istas partim  
nere ad doctrinam speculativam, par-  
tim ad practicam. Ad speculativam  
pertinent tot mysteria ineffabilia, quæ  
Christus nobis revelavit: *DEUM  
nemo vidit unquam. Unigenitum*



huius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.  
 Jo. 1. v. 18. Ad practicam pertinent  
 hoc documenta, quæ Christus reliquit  
 mundo, tanto salubriora, quanto mi-  
 nime hæcæntis cognita. Jam verò sa-  
 pientes superbi cum fastu contempe-  
 rant veritates, quæ spectabant ad in-  
 tellectum, quia illorum capacitatem  
 superabant. Prudentes arrogantes  
 deciderunt audacter documenta, quæ  
 pertinebant ad voluntatem, quia illo-  
 rum principis prorsus adverlabantur.  
 At humiles promptè amplexi sunt am-  
 bo. & capropter Christus reddit Deo  
 duplex sacrificium: nempe laudis ob il-  
 las tenebras, quibus tot superbi ad-  
 huc involuebantur: & non laudis dun-  
 taxat sed & gratitudinis ob eam lucem,  
 quæ tam clarè fulgebat in oculis hu-  
 milium. Ecce quantum in scholâ  
 Christi proficit humilitas, oblit super-  
 bia. In hac scholâ plus discunt parvu-  
 li, non quod homines sublimis inge-  
 nium, acuminis, perspicacitatis, eruditi-  
 onis non etiam in illâ evaserint disci-  
 puli prestantes (cum non reperiatu-  
 r in mundo schola alia, quæ gloriari  
 possit tantis viris: quanti erant Augu-  
 stinus, Albertus, Thomas & alij similes)  
 sed quia grandes isti facti sunt parvu-  
 li, & sic evaserunt Maximi. & hi sunt  
 parvuli dilecti Christo: *sicut parvuli  
 veni ad me.* Marc. 10. v. 14. non  
 sunt illi parvuli, qui sensu carent, sed  
 qui sunt expertes malitiæ: *Nolite  
 pueri effici sensibus, sed malitiâ parvuli  
 esse, sensibus autem perfecti.* 1. Cor. 13.  
 7. 10. Hæc est vera sapientia, & vera  
 prudentia pertinere ad humilitatem

Christianam. Ita bona ancilla Ca-  
 tholica agnosceatur in cælo sapuisse su-  
 pra Aristotelem in speculativis, super  
 Tacitum in practicis, quia nōsse didi-  
 cit finem suum, & eundem adipisci.  
 Interim vides in discipulo Christi non  
 requiri eam simplicitatem, quæ cui-  
 cunque generi scientiæ opponatur, sed  
 illam solam, quæ opponitur vanæ æ-  
 stimationi sui ipsius, quæ procedit ex  
 ignorantia maxime vesana, & noxiâ.  
 hæc quisquis caret, in scholâ Christi  
 parvul⁹ vocatur. *Revelasti ea parvulis*  
 3. Considera, quàm verè dicatur Pater  
 abscondisse superbis eas doctrinas, &  
 humilibus revelasse. si prius intelliges,  
 quomodo revelarit humilibus, etiam  
 cognosces, quomodo absconderit su-  
 perbis. Humilibus revelavit dando  
 lumen supernaturale ad eas cognos-  
 scendas, & sic abscondit superbis lu-  
 men ejusmodi negando. Hoc solū  
 modo abscondit DEUS, non velum o-  
 culis præterdit, quia id necesse non est:  
 relinquit te in conditione tuâ naturali,  
 atque ad eod in cæcitate. Verum est t-  
 tiam superbis istis tantum dedisse lu-  
 minis supernaturalis, quantum suffi-  
 ceret, si deposito fumo, quo involve-  
 bantur, voluissent adhibere plus appli-  
 cationis, attentionis, studii ad res per-  
 videndas: aliâs non dicerentur inex-  
 cusabiles, prout illos quondam voca-  
 vit Apostolus: *Ita ut sint inexcusabi-  
 les.* Rom. 1. v. 20. sed tantum lumi-  
 nis non dedit, quantum humilibus.  
 quod his dedit amplius, fuit gratiæ:  
 quod istis dedit minus, fuit justitiæ. &  
 idcirco Christus mericissimò laudavit  
 Patrem

Patrem



Patrem, quod veritates suas absconderit superbis, quia Iustitia meretur laudem, nec laudavit solum, sed & gratias illi egit, quod eas revelaverit humilibus, quia misericordia non tantum laudem sed & gratias meretur. *Confiteor tibi Pater &c.* Interim tu vides, quam facili negotio DEUS te puniat, nempe relinquendo in statu, qui tibi per naturam convenit, puri arbitrij liberi. Cum nos dici audimus Deum indurare cor alicujus, quemadmodum *Induravit Dominus cor Pharaonis*, oburrare aures, excœcare oculos, his auditis vocabulis exhorrescimus, quia superbè nobis imaginamur, nos habere teneritadinem cordis, habere auditum, habere visum, & ideo DEUM impedire per actum, ut ajunt, positivum id, quod in nostrâ potestate versatur, non est ita, nos per nos ipsos non sumus apti facere quidquâ proficuum, non emolliri, non audire, nō videre, & ideo Deus, ut nos puniat, alio nō habet opus, quàm ut nos relinquat in hoc nostro statu miserabili. Unde omnes istæ voces Indurationis, obturationis, occæcationis non habent respectu DEI sensum illum positivum, quo nos illas usurpamus, dum invicem loquimur: sed habent solum negativum, hoc est, significant solum beneficii negationem, respectu aliorum hominum, habemus teneritudinem, habemus auditum, habemus visum, & ideo inter nos illa vocabula sensum quoque habent positivum. Respectu DEI nihil habemus: *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo.* Isa. 40. v. 17.

atque idcirco illum inter & nos sensum non habent, nec habent sunt, saltem in rigore, quia negativè indurat, ponit esse molliorem teneritudinem in indurato, quod absurdum, ponit auditum, qui non ponit visum, & in nobis nihil ponit potest boni respectu illius, nobis provenit omne bonum, *Et tamen a tanquam nihil sum avertit.* v. 6. ò quam modestè sentiamus nobis, si verè cognosceremus nihilum!

4. Considera Christum in confessione, quam Patri suo fecit, non solum vocare Patrem, sed & Dominum & universum Dominum. *Confiteor tibi Pater Domine cali & terra.* Item ostendit in misericordia usum respectu parvulis, & Dominum in justitia respectu patrum superbis, ut DEUS Patrem vocavit, ut homo Dominum, & nobis hisce titulis te quoque ut patrem continuè ad excitandum nos induciant & tremorem respectu, quamvis, cum ab illo aliquid petimus potius appellare Patrem debeamus Dominum, quia tunc majorem respectum est fiducia. & hinc vides, quod Dominus, qui hoc loco etiam Dominum appellavit, cum in carne calceavit non nisi Patrem vocasse, ut in horro & cruce, & cum in oratione minica nos doceret modum orationis nobis proposuit sub solo nomine, ut intelligeremus, quod ad Patrem accedendum ad orandum, quod ad Patrem accedunt amantissimi. Adde quod nomen Patrie. *Inter*



gloriosius DEO nostro quam Domini, & ideo multo etiam acceptius. Dominus esse cepit primum à creatione mundi; at Pater exiit ab omni æternitate. & ideo potuit equidem is esse, qui est, nempe beatissimus, qui esset Dominus, non autem, quin esset Pater, hoc est, quin haberet comprehensionem sui tam perfectam, tam vivam, tam exactam, ut formaret imaginem suam sibi. Hinc est, quod nos eligimus actum fidei magis meritorium, cum ipsum appellamus Patrem, quam si Dominum vocemus. Esse ipsum Dominum res est ad eò nota, ut etiam in lege veteri omnibus fuerit revelata: sed non perinde omnibus fuit revelata Paternitas. & ideo sperare possumus, si ipsi denus hoc nomen eo fidei sensu, quo oportet, illi etiam præstaturus obsequium valde idoneum ad ejus

gratiam nobis conciliandam. Porro sicut ad excitandam fiduciam recordari debes illum esse Patrem, ita ad excitandum timorem recordari debes illum esse Dominum, & Dominum universorum: *Dominum celi & terra*, & ideo in cunctis facere, quod vult: *Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit in celo & in terra.* nonne vides, quid inter Angelos fecerit tanquam Dominus celi: inde expulit superbos, & elegit humiles: *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* & tanquam Dominus terra quid egit etiam inter homines? revelavit humilibus, quod abscondit superbis, & sic illos elegit, istos reprobovit. & tu non reverberis saltem ut Dominum, quando nondum didicisti amare ut Patrem?

V.

*Melior est patiens viro forti, Et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Prov. 16. v. 32.

CONSIDERA latè loquendo Patientiam simul esse fortem, & fortem simul esse Patientem. at si strictius uterque vocabula, nomine Patientis intelligitur, qui fortiter sustinet malum aliquod notabile, Fortis verò, qui occurrit. Jam verò prima facie putabis occurrere, & obviam ire malo aliquid majus esse quam sustinere, sed non est ita: *Melior est patiens viro forti.* & ratio est. I. quia cum malum sustinet, ipsum est id, quod te aggreditur, R. P. Pauli Segneri *Mamma Anima.*

& ideo illud spectas ut aliquid superius. at cum illi occurris, tu es, qui aggredieris, & ideo spectas ut inferius. Est autem longè difficilius dimicare cum aliquo, quem viribus superiorem putas, quam cum alio, quem inferiorem credis, atque idcirco etiam difficilius est sustinere malum, quam illi occurrere. II. quia cum malum sustinet, istud est præfens, cum illi occurris, est futurum. Est ergo etiam difficilius sustinere quam occurrere, quia cum

Xx



cum præsens est, jam experitis malum, cum futurum est, nondum experitis, sed apprehendis. III. quia sustinere naturam suam dicit actum diurnum per modum habitus, occurrere plus non dicit quam unum actum solum, & aliquando repentinum. & ob hanc ipsam causam difficilius est sustinere malum, quam eidem occurrere, quia majus est stare diu immobilem ad ea, quæ habent aliquid ardui, quam adversus ea moveri. unde fit, ut in bello multi libenter veniant ad pugnandum cum hoste, sed pauci durent: *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conversi sunt in die belli.* Plal. 77. v. 9. Hinc vides, quanto eum fundamento dixerit sapiens: *Melior est patiens viro forti.* quia virtus solida magis spectatur in patientia, quam in fortitudine, hoc est, in tolerandis adversis quam laceffendis. Tibi verò hæc doctrina non admodum placet. quare? quia amas pati sed tuo arbitrio. *In die jejunii vestri invenitur voluntas vestra.* Il. 58. Jejunabis interdum etiam in pane & aqua, macerabis te ciliciis, affliges carnis, flagris te cruentabis: at si deinde DEUS modicam immittat adversitatem, subito turbaris. si sic agas, eris fortasse fortis, sed non patiens, atque adeo minus virtutis habes, quam putes, quia malo potius occurris, quam id sustineas. Porro bene advertas, Patientiam esse, quæ cælo te inferat, non fortitudinem. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Luc. 21. v. 19. Ita Christus dixit: non dixit: *In fortitudine vestra.* Rarò con-

tinget, ut obligeris obviam ire, at semper obligatus es maxime sustinere cum omnimoda voluntate in voluntatem Divinam. unde est, ut etiam huic actui assuetudinis quam alteri, libenter amplexas illas occasiones patiendi, quæ occurrunt potius, quam aliter. do. sanctos considera infirmos, antes, quòd toleraverint mala sibi immissa, fortè ne semel quòd iis processerint obviam: *Melior est infirmitatibus meis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* i. Cor. 12. quare dicebat *Placeo vobis?* quæ hæc erant mala, quæ aliter viderent. si ipse elegisset sponserat, si ipse dubitasset, an in iis sibi placeat, tamen tu in istis potius placeat, quam in illis. O quanto potius te ipsum! *Melior est patienti viro forti.* 2. Considera in secunda paraverficuli explicare sapientem, qui intelligat per Patientem, quid patientem: quia Patienti correspondet *dominatur animo suo.* Forti verò *expugnat urbes.* & hinc clarè apponimine Patientis eum intelligi, non cedit insultibus, nomine Fortis qui eisdem facit. ceterum si Patientiam velis adipisci, ecce quæ porteat, scilicet dominari tibi in hoc dominium obtines, beatum est quod invidias vel ipsis expugnatibus urbium, quia *Melior est patienti viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Qui suæ ex-



gnatores urbium? hi, qui eas magnâ  
virtutum ostentatione ferro & igne sub-  
regunt, quis neget? his autem facili-  
ter quisque iudicat meliorem esse, qui  
propriis dominatur affectibus. quale  
dubium esse potest, Davidem juvenem  
inde magis aestimandum, quod, cum  
Sionem Regem occidit in speluncâ  
posset, coartaverit se ipsum, quâ cum  
Goliath interfecit, in d. cum de Syriâ  
& tot ejus urbibus triumphavit, Am-  
monitas, Amelicitas, & Moabitas vi-  
cit: Per expugnatores urbium subri-  
tore sensu intelligas velim fervidos  
illos Divini Verbi Præcones, qui tantâ  
cum gloriâ eas Christo subijciunt, qui  
eas movent ad dolorem, convertunt  
ad penitentiam, ut funibus de collo  
pendentibus in signum subjectionis  
miseritiam inelament. Jam verò  
his etiam urbium expugnatoribus (nisi  
etiam ipsi suas edomuerint cupidita-  
tes, vanitatem, quæstum, iram, invidiam,  
maledicentiam) longè magis æ-  
stimandus est simplex ille fraterculus,  
quamvis idiota, qui domuit. *Melior  
est pateri viro forti, & qui dominatur  
animo suo, expugnatore urbium.* Ne-  
que mirum id esse debet, quia haud  
paucò plus requiritur ad vincendum  
vel unum vitium proprium, quàm  
multa aliena. Cum aliena aggrede-  
ris, quid magni præstas? sine miserati-  
one totis viribus allaboras contra id,  
quod est extra te: & ideo mirum non  
est, sæpe contingere, ut victoriam re-  
feras. at cum tuis te opponis, non po-  
tes integrè eò totus incumbere. parte  
unâ certas, & parte aliâ sustines certa-

men. Compareris tibi, adularis,  
blandiris, connives, & in ipso actu re-  
sistendi vitiis, quæ te impugnant, mille  
modis excusando defendis. quis ergo  
dubitare possit, si ea nihilominus de-  
belles, te magis esse gloriosum? nam  
in primo casu vincis alium te toto, in  
secundo vincis te ipsum dimidio tui. I-  
ta est, sæpe putabis te tua vitia debel-  
lâsse, magis, quàm illi, qui se applicant  
vincendis alienis: & hoc erit falsum.  
Id verò inde accidet, quia non habes  
occasionem tam frequentes incidendi  
in varios defectus, sicut illi habent, qui  
cum continuo inter homines versen-  
tur, minus facere non possunt, quàm  
ut subinde ipsi quoque appareant hu-  
mani. Ceterum recordare eum, qui  
dixit: *Melior est Patiens viro forti, &  
qui dominatur animo suo, expugnatore  
urbium, etiam dixisse: Melior est i-  
niquitas viri, quàm mulier benefaciens.*  
Eecl. 42. v. 14. scio equidem verbis  
istis, si germanus illorum sensus spe-  
ctetur, significari, magis tibi prodesse  
virum, qui malefaciat, quàm feminam,  
quæ faciat bene; quia vir dum malè  
tibi facit, à se avertit, mulier autem,  
dum bene facit, ad se attrahit: tibi ve-  
rò expedit potiùs procul esse à viro,  
quàm prope feminam. scio tamen plu-  
rimos sanctorum ea sensu nostro acci-  
pere intelligendo per virum, qui foras  
prodit, per mulierem, eum, qui domi  
desidet. his, qui pro Christo ad di-  
micandum exivir, vesperi redeat op-  
pletus pulvere, & non nihil fordidus,  
an idcirco illum alteri postponas, qui  
toto die domi suæ hæsit mundus à pul-  
vere



vere? si postponas, nimis inhumanè sentis. præsertim quòd ille noctu excutiat pulverem, & palmas numeret pulcherrimas. Ita est, pulverem non habet, sed nèque palmas. porro ut ad propositum revertamur, quis habet necessitatem aquirendi præclarum illud dominium sui ipsius, quod demum patienti est opus & Forti: quippe hoc posito facile tunc erit uti Patienti, ut etiam sit Fortis, ita Forti, ut etiam sit Patiens. absque eo, si absolute loquamur, negari non potest, quòd *melior sit Patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.*

3. Considera Paradoxum videri, quòd, cum tuus sit animus, nihilominus tanti sit illi dominari: *Dominatur animo suo.* Deberet id merito nobis esse facillimum, sed quàm difficile sit, quotidie experiris. hoc nempe est ap-

petitum habere rebellem. Sic est animus tuus, cui iuberis domari. *Subter te erit appetitus, & tu dominaris illius.* Gen. 4. v. 7. & ideo si dominari illi velis, pro eo habere oportet qui est, id est, pro rebelli. an appetitui potest, ut nihilominus pacem concedas? Vide, quid non agat princeps, ut ad obsequium cogat subditos. non ferro patitur, non omne ararium infundit ad inferos illis bellum. & tu modo procedas diverso? Porro cum appetitus tuus rebellis, ut integre subjugari non possit, debilitandus est crebris curis, quas de illo reportas. Solus est via ejus aquirendi dominium: *Ecce ipsum.* Id si negligas, frustra sunt cetera.

## VI.

*Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam Aquilæ in caelo, viam Colubri super petram, viam Navis in mari, & viam viri in adolescentiâ. Talis est via mulieris adultera, quæ comedit, & tergens os suum dicit: Non sum operata malum.* Prov. 30 v. 18.

7. Considera gratissimum meditationis pabulum esse oportere opera Christi Domini nostri, quæ sunt adeò profunda, adeò prodigiola, ut mysteria vocentur, & ideo in illa demergere te potes absque periculo hærendi aliquando in sicco, si in histe detineas. Ecce igitur Salomonem,

qui uno versiculo quasi brevi synopsis totam Christi vitam complexus est, & am in quatuor omnino mysteria partiendo. nec dubites illum in Spiritu Prophetico ad ista allusisse etiam litterali, quamvis allegorico, quia ille fuit, quem Christus usurpavit, & sub nomine spinarum divitias inest-



gere voluit. Talis est doctissimo-  
rum sententia interpretum, & hinc  
maximè confirmatur, quòd dicat Sa-  
lomon, res istas captu esse difficiles  
non solùm alijs sed & tibi: *Tria sunt  
difficilia mihi, & quartum penitus igno-  
ram. ut quomodo cum veritate dicere  
hoc poruit, si de rebus differuisset, qua  
naturæ ordinem non transcenduatur?  
numquid ipse fuit in mundo oracu-  
lum sapientiæ, aded ut nullum audi-  
ret proponi Aenigma tam implexum,  
tam arduum, quòd non illicò expli-  
cateret. Non fuit sermo, qui Regem  
posset latere. 3. Reg. 10. v. 9. ita de  
ipso loquitur sacer historicus. non  
aut, qui lateret, sed qui posset latere, ut  
designet, cum plura potuisset respon-  
dere, quàm alij possent quærere. Quà  
regitur ratione in his solis quatuor ar-  
canis hæsitavit, imò se ignorare con-  
fessus est, si nihil in se plusquàm hu-  
manum continebant? Verum est,  
equantùm ista eminus monstrata Salo-  
moni, in illo excitare poterant deside-  
rij ex integrè cognoscendi, possiden-  
di, penetrandi, tantum debere tibi  
elicere ruboris, dum eo tempore es  
natus, quo hæc omnia sunt in lucem  
proculata. Ecce impletum, quòd Chri-  
stus agebat: *Dico vobis, quòd multi  
Propheta & Reges voluerunt videre, qua  
vos videtis, & non viderunt, & audi-  
re, qua auditis, & non audierunt.* Luc.  
20. v. 24. Certè Salomon Rex simul  
& Propheta fuit mundi maximus, &  
tamen fors ista tua illi non contigit.*

2. Considera primum horum Arca-  
norum, de quibus hinc sermo est, esse  
*Viam Aquila in celo.* certè via ista dif-  
ficilis est spectando volatum incertif-  
simum, quem facit Aquila, quin ve-  
stigium relinquat in aëre, quem transit.  
At nisi sapiens ad majus aliquid al-  
lulisset, dixisset aliquid, quòd est com-  
mune etiã vulturi & accipitri, ceteri-  
risque avibus, quæ sublime volant.  
Illa Aquila est Christus JESUS, *Aqui-  
la grandis magnarum alarum.* Ezech.  
10. v. 3. qui in sua gloriosa ad cælos  
ascensione volatus dedit, qui non mo-  
dò prius visi non sunt, sed neque fieri  
posse credebantur. Elias equidem  
etiã ipse ferebatur in cælum sed  
quadriga vectus ignita, hoc est aliena  
virtute non propria: Christus eò si-  
ne curru evolavit. Aspice tantisper  
summos ejus volatus, sed etiã ad  
imitandum exardescere, hic enim est il-  
le tuus suavissimus Dominus, qui si-  
cut *Aquila provocat ad volandum pul-  
los suos.* Deut. 38. v. 11. & cur ad Pa-  
radisum vadit, nisi ut tu quoque illum  
eò sequaris? *Vado parare vobis locum.*  
Jo. 14. 2. Nec dicas amplius viam  
istam ut Aquila propriam cognitu esse  
difficilem: quia Christus illam planè  
monstravit: *Quò ego vado scitis, &  
viam scitis.* Jo. 14. Sequere exem-  
plum Christi, patere cum ipso, obe-  
dientiam & humilitatem amplectere  
cum ipso, neque dubita ita te per-  
venturum ad Paradisum, atque aded  
reperiturum *Viam Aquila in Cælo.*

3. Considera alterum quatuor fe-  
cretorum esse *Viam colubri super pe-  
tram.* hæc quoque via difficilis est,  
considerando motus minimè expecta-







8. Considera quartum secretorum esse *Viam viri in adolescentia*. hæc est via, quam Salomon ajebat à se prorsus ignorari: *Quartum penitus igno- rari*: Sed quomodo, cum tot locis tam accuratè descriperit vias Juvenum? quam ergo verosimile, eum per hoc designasse viam illam occultissimam, quam Christus tenuit in vita sua abscondita. Hæc enim verò erat *viam viri in adolescentia*, quia Christus non solum adolescens, sed & infans *viri fuit*: *femina circumdabit virum*. Jer. 31. v. 22. Ita est, non dicit Salomon: *viam viri in adolescentia sua*, sed *in adolescentia*. & sic nomen adolescentia non solum Christi, sed & Matris suæ adolescentiam significare potest. Et hoc sensu ecce tibi altissimum mysterium ineffabilis Incarnationis Christi in pura purissima viscera Mariae, eoque magis, quod ibi Latinus interpret dicit *in adolescentia*, phrasim Hebræa dicit *in Alma*, hoc est, *in adolescentula*, & *in adolescentula clausa*, *in adolescentula custodita*. Agnosco equidem merito servari versionem vulgata, quæ ait *in adolescentia*: sed id nihil obest proposito nostro, quia novum non est, sed potius ulitarum scripturæ Abstractum pro concreto sumi. *Uxorem adolescentia tua noli despiciere*. Mat. 2. v. 11. Si tu adolescentiam in abstracto accipias, quam illi dabis uxorem? oportet ergo sumi in concreto, & tunc sensus est, non despiciendam in senectute quasi ex fastidio quodam, Sponsam illam, quam quis accepit adolescens. Bene

igitur eadem phrasi affirmare Salomon potuit, *se penitus ignorare viam viri*, hoc est, hominis perfecti, qualis erat Christus infans, *in Adolescentia*, hoc est, in Adolescentia tam illibata, tam integrâ, qualis fuit illa Virginis Mariae. quo posito rectè dixit, id à se nesciri: *penitus ignoro*: quia Incarnationis mysterium tam sublime est, ut nimium superet omnem cognitionem creatam: *Novum faciet Dominus super terram*. Jer. 31. v. 22. Ut ut sit, *viam viri in adolescentia*, omnis via reliqua, quam Christus tenuit, donec post suum de Cælo descensum juventutem suam complevit, usque ad annum scilicet ætatis suæ trigésimum, quam gratum, quam salutare animæ tuæ pabulum præbebit, si illo uti possis! præcipuè verò ejus obedientiam mirare, quæ bene dici potest eo tempore omnis ipsius fuisse via. O quomodo per hanc non modo cucurrit, sed etiam exultavit puer simul & Gigas, *Exultavit ut Gigas ad currendam viam*. Pl. 58. v. 6. illum imitari si studeas, ne dubites, certò cognosces, quæ sit via, ut magnus esse possis in parvitate: *viam viri in adolescentia*.

9. Considera Salomonem, cum uno suo versu omnem Christi Domini nostri vitam concluderet, ordine fuisse usum, ut dici solet, retrogrado: quia pro eo, quod ab Incarnatione gradum faceret ad Ascensionem, potius ab Ascensione ad Incarnationem processit. Sed mirari non debes, quia id fecit, ut ordinem servaret in gradu difficultatis,

anna

recolit

vii



tis, quam advertebat his inesse myste-  
 rijis tam stupendis. Difficiliter capi-  
 tur Christi in celum ascensio: major  
 est in Resurrectione, major in Passio-  
 ne, Maxima verò in Incarnatione dif-  
 ficultas. *Mysterium, quod abscondi-  
 tum fuit à seculis.* Coloss. 1. v. 26. Po-  
 sita hujus cognitione mysterij, facilius  
 paulatim cetera capiuntur, ut in te-  
 ipso experiri potes. Eadem difficul-  
 tatis quasi gradatio in ipsis Allegorijis  
 apparet, quia mirabile est videre A-  
 quilam, cum volat, tam dextrè suis se-  
 librare pennis, ut nullum sit cadendi  
 periculum. Mirabilius videre colu-  
 brum tam securum sui serpere in pe-  
 trâ præcipiti, ut instar sagittæ tran-  
 seat, etsi alis, imò & pedibus careat.  
 Adhuc mirabilius videre navem cor-  
 pore tam vasto, licet non pennis tan-  
 tum, & pedibus, sed & animâ destitu-  
 ta sit, volare super aquas, & simul ser-  
 pere tantâ arte, ut etiam contrarijs li-  
 bi ventis uti possit. Sed illud maxi-  
 mè mirandum, videre juvenem in æ-  
 tatis flore ita se moderantem, ut sit ju-  
 venis simul & perfectus. *Sic vir &  
 sic adolescens.* quia si illa sunt miracu-  
 la naturæ, istud etiam est summum  
 miraculum gratiæ. Ordinaria via est,  
 ut quisque in perfectione paulatim  
 procedat, non ad eam subito pertin-  
 gat. *Iustorum semita quasi lux splen-  
 dens procedit, & crescit usque ad per-  
 fectam diem.* Prov. 14. v. 18. Quam-  
 vis hæc ita sint, an non vides, res  
 istas non adeò in se esse inscrutabiles,  
 ut terrere debeant intellectum tam il-  
 lustrem, qualis ille fuit Salomonis,

nisi sub cortice allegorice  
 mysteria tam sublimia, quæ  
 explicavimus, ad Christum perti-  
 nota proinde, quàm ingenue  
 gressus materias, se saltus in  
 rem. *Tria sunt difficilia, vel  
 bræo dicitur, abscondita mior  
 tum penitus ignoro.* Tu, qui  
 nus possunt percipi mysteria  
 crede digniora Domino, qui  
 operatus. quid magni foret  
 plus facere non posset, quàm  
 tatione comprehendere: *Ergo  
 magnus, vincens scientiam  
 Job. 36. v. 26.*

7. Considera notam difficultatis  
 de qua hæcenus discurrebamus  
 novisse Salomonem etiam in  
 da muliere adultera, quæ in  
 bis illis foeditissimis sordidissimis  
 quos illi amantius furtivè apponit  
 stea tam bene novit lavare tam  
 putes esse etiam jejunam. *Tu  
 via mulieris adultera, quæ con-  
 tergens os suum dicit; non sum  
 ta malum.* Si ad corticem amari-  
 non videtur ista esse tam multa  
 malitia, at monstruosissima est. In-  
 ce relicto ad sensum transeat Pro-  
 ticum, quem tegit, & reperit  
 dullam. Hæc infamis adultera  
 goga est, quæ coram Pilato repa-  
 verum suum Spondium, qui erat  
 stus, ut sequeretur sceleratos, &  
 prophetas mendaces, & cum  
 morti demique dedisset ea fuerat  
 qua Lupa devorat Agnellum, &  
 eum oppressisset, disposuisset,  
 vult innocens, & corrumpendo



curas, pejerando, garrindo, & fal-  
sando simplices, qui in ipsa inveniun-  
tur, vadit, & quantum potest, tergite-  
lata, ne appareant maculae dirae ne-  
ces & stragis, quam exercuit in Deum  
hominem. Sed hoc demum est ma-  
limum ejus postremum, quia si doluit  
perfidia delictum suum, consequi  
penam potuit: sed quia iniquitatem  
suam excusat, intolerabilis est. Si  
laveris te nitro, & multiplicaveris tibi  
berham borisib, maculata es in iniqui-  
tate tua coram me, dicit Dominus. quo-  
modo dicis: non sum polluta? Jer. 2.  
v. 22. Vah impudentiam insolentem,

cum tanta sanctam ingratitudine,  
tanta injustitia, immanitate, & excessu  
furoris, quanta nunquam in mun-  
do extitit, nec unquam existet ampli-  
us: & ideo si intus pendatur, omnem  
superat capacitatem intellectus huma-  
ni. Cave, ne haec adule-  
ra maledicta non adambret tuam Ani-  
mam, quae cum toties dorsum Chri-  
sto obverterit, etiam in Confessione  
facinus suum abscondere praetendit.  
Ecce ego iudicio contendam tecum, ex-  
clamat Dominus, eo quod dixeris:  
non peccavi. Jer. 2. v. 35.  
\* \*

## VII.

*Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confiteri.*  
Eccli. 17. v. 26.

Considera, qualis sit hic error,  
qui per antonomasiam dicitur  
error impiorum. *Non demoreris in  
errore impiorum.* Est differre peni-  
tentiam ad mortem. Non invenies  
peccatorem tam perfidum, tamque  
perditum, qui ex proposito ire velit  
ad inferos: quisque dicit, examina-  
bo, discatiam me ipsum, confitebor.  
Sed quando: ne queras, quia pude-  
bit illum respondere sincere. Lingua  
dicit id se facturum proximam solenni-  
tate, sed non etiam hoc corde dicit.  
eorde dicit, in morte. forte verum  
est, quod proxima solennitate velit  
sed non vult id facere studiosè, sed  
superfite tenus, quae sufficiat, ut fal-  
lat se ipsum, sibi que persuadeat se  
R. P. Pauli Segneri, *Manna Anima.*

fuisse confessum. Ceterum ad eno-  
danda intricata negotia, evolvendam  
telam, excutiendum sinum tempus  
aptius expectat. o maximum istorum  
dementiam! noli imitari. *Non de-  
moreris in errore impiorum: ante  
mortem confiteri.* Ille est ex senten-  
tia S. Augustini, S. Ambrosij, & alio-  
rum aetatis hujus interpretum sensus  
hujus loci, qui proinde intelligunt  
nomine Confessionis isthic memora-  
tae a sapiente Confessionem, quam nos  
Sacramentalem vocamus, cujus in an-  
tiqua Lege saltem typus existerat, ut  
idcirco Ecclesiasticus alibi dixerit:  
*Nō confundaris confiteri peccata tua.* ec-  
cli. 4. v. 31. Verum est idiomate scri-  
pturae sacrae nomine Confessionis DEI  
Yy lau-

anna  
eccli. 17.  
v. 26



laudem intelligi. Sed hæc prima laus est, quam quisque dare DEO debet, ut accuset seipsum, secus quæ laus erit illa? erit fœda, erit ingrata: *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Eccli. 15. v. 9.

2. Considera eum non dicere, ne incidas in hunc errorem impiorum, sed ne in eo demoreris. quia malum non consistit in cadendo, sed immorando. Si incidas in hunc errorem, ut credas te in morte satis posse rationes tuas componere, lustrare te ipsum, discuterè te ipsum, & pro arbitrio compungi, & non adhareas errori, & consequenter in eo non demoreris, nihil facis mali, quia hucusque solum est error intellectus. Malum est, quòd in eo demoreris, quia tunc acceptas errorem, & sic facis, ut ab intellectu transeat ad voluntatem. Verum est, incidere in errorem eiusmodi, & in eo demorari ut plurimum idem esse. quoniam, ubi peccator aliquando credere incipit fore, ut in morte satis possit rebus suis consulere, non potest amplius indici ad difficultatem illam superandam, quæ opus foret, ut sibi in tempore prospiceret. Differt de die in diem prorogando, procrastinando, adeò ut etiam annos integros demoretur in errore tam gravi. Unde hic error plerumque non est ex ijs, qui transeunt, est permanens, est perpetuus, & tamdiu durat in noanillis, quamdiu vivunt. Imò tunc primum agnoscunt errorem, cum non est amplius tempus corrigendi, sed luendi. *Cum reddiderit, tunc*

*sciet.* Job. 21. v. 19. Agnoscunt inferno. si forte malà talem inciderint errorem ut homo, vel per ignorantiam, vel per inconsiderationem, contemtem, ne illi immoreris cum excute illum, abijce, agnoscere errore, hic enim primus est error, quem necessariò facere oportet, te liberes.

3. Considera omnem errorem tu falso, adeoque & istum. Considera peccator, qui differt confessionem que ad mortem, tria pericula: cuncta tam erronea quam falsum est, quòd sit confessio, quòd sit confessio, quòd sit confessio, tertium, quòd, si bene fuerit confessus, etiam sit futurus salvus. Sed quòd an non vides, quæ sit ista confessio errorum? unde mirum non est, si satanas tot impios ita fortiter detinet captivèque, ut ipsi non effugiant: *Funiculus triplex diffici-  
pior.* Eccl. 4. v. 12. primum periculum habetur, quod est, te contemtem. Sed dic, quælo, quæ hoc promittit? an non occupare te per casus fortuitus ex lapsu, ferro, apoplexiâ, qui te repente vincit, ut ber instar prædonis. *Ecce con-  
fur.* Apoc. 16. v. 15. Sed esto proprio strato mori, unde scis per morbi, quod mortem tibi imminet. *Nescit homo finem suum.* Eccl. 12. nonne esse potest letargus, stupore totum obtundat, vel carum suffocativus, vel cordis oppres- febris tã violenta, quæ etiã sensum rapiat? Vade igitur nunc, & contem-



dam potes. Tu facis instar Amasæ,  
quem Joab credidit, quia inermem pu-  
erum: Porro Amasæ non observavit  
gladium, quem habebat Joab. 2. Reg.  
20. v. 10. Bene excute pallium mali  
tutissimi, & videbis, quot possit re-  
condere pugiones, ad quos non atten-  
dis, quia clausis oculis ambulat.

4. Considera alteram persuasio-  
nem, in qua se fundat error impio-  
rum, esse, quoddam, si in extremis confi-  
teri contingat, confessuri sint bene.  
Sed quid possit esse difficilius? Bona  
confessio exigit imprimis examen ac-  
curatum, ut si in eo faciendo tantopere  
laboras, cum vales, quid ager facies?  
Colligata est iniquitas Ephraim, abscon-  
ditum peccatum ejus. Os. 13. v. 13. Ini-  
quitates, quæ sunt culpæ commissæ  
contra proximum tuum, plenæ sunt  
nodis ob onus gravium restitutionum,  
quod imponunt, vel honoris, vel fa-  
cultatum. Colligata est iniquitas E-  
phraim. Peccata, quæ in te desinunt,  
sunt profundissima ob tantam varia-  
tatem pravorum consensuum, quos de-  
isti, quin deinde amplius cogitares.  
Absconditum peccatum ejus. quæ igitur  
ratione poteris jam languidus vel  
evolvere iniquitates colligatas, vel de-  
tegere absconditas? & tamen si in hoc  
fuerit difficultas, nihil admodum  
esset. pessimum est, quod ad facien-  
dam confessionem bonam non sufficiat  
examen bonum, opus est penitentiæ,  
opus est proposito, illa, inquam, mu-  
tatione cordis tam perfectâ, quæ non  
solum à te, sed à te simul & DEO de-  
pendet. & tamen utroque ex capite

difficillimè obtinebitur. nam ad te  
quod attinet, numquid vitium tunc  
magis possidebit cor tuum, quàm mo-  
dò? numquid erit robustum magis  
& radicatum? qua igitur ratione tibi  
promittis plus vitium ad vincendum,  
quàm nunc habeas? Agis instar illius  
viatoris, qui cum in origine sua vide-  
rit torrentem, non ausus tentare sal-  
tium progrediendo dicit: inferius  
transibò, inferius, & sic eò demùm de-  
scendit, transitumque molitur, ubi  
impetum non feret, hauritur ab ua-  
da. *Torrentem pertransiit anima no-  
stra, cum illa fuit sollicita: ita est.  
quid porrò? an idcirco pertransisset  
anima nostra aquam intolerabilem? Ps.  
103. v. 5. O quantum est dubium! for-  
sit pertransisset. & tu è filo tam de-  
bili unius forsitan salutem tuam sus-  
pendes? nã istud non tantùm est er-  
rare, sed insanire. Jam verò quoad  
DEUM, quomodo sperabis habere  
illum propitium, postquam tantò am-  
plius irritaveris ad iram? Est equi-  
dem summè misericors, sed etsi adeò  
misericors numquid permittit quoti-  
die tot ire ad inferos animas damna-  
torum Turcarum, Judæorum, genti-  
lium, hæreticorum, & malorum Ca-  
tholicorum omnis generis? & has  
inter perire sinet etiam tuam, negan-  
do gratiam illam efficacem, qua re-  
quiritur in confessione perfectâ ad ve-  
ram penitentiæ. ad verum propo-  
situm, seu ad faciendum id, quod tam  
citò non praestatur ab illo, qui pro joco  
habuit peccatum. DEUS misericors  
est, sed & Justus: Dulcis & relictus  
Y y 2 Da-*



*Dominus.* Pl. 24. v. 8. Iraque si manè misericordiã erga te ulus est tam longã, quã tu abutebaris perdendo tot horas vitæ tuæ meliores, nocte aliud non expecta, quã cum usurũ Iustitiã. *Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.* Pl. 91. v. 3.

5. Considera tertium, cui denique innititur error impiorum, esse, quod, si in illo postremo mortis articulo bene confiteantur, hoc ipso sint etiam futuri salvi. Sed hoc quoque oppidò est incertum; nam ad securitatem præstandam necesse foret illico expirare, confessione peractã. at si adhuc aliqua supersint momenta vitæ, numquid facillimum est, ut dæmones per eos infultus terribiles, quorum habent potestatem in illa ultima lucta, denuò te expugnent? *Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in tempore consumptionis effundent virtutem.* Eccl. 39. v. 34. Nocti, cum adest decretorium certamen, omnes milites extremum adhibere conatum: *Effundunt virtutem, de toto agitur.* Si perdatur victoria, nulla spes superest recuperandi: si recuperetur, nullus amplius est metus perdendi. ne mireris ergo, dæmones in morte adeò esse furiosos: *Descendit ad vos diabolus habens iram magnam. & quam ob eaulam? sciens, quod modicum tempus habet.* Apoc. 12. v. 12. Quamquam non est putandum magno illis opus fore impendio, ut illum recuperent, quem tamdiu possederunt. Cognoscunt illum, comprehendunt illum, &

sciunt, ubi debilior sit ad certandum verò quo labore sit opus, & stolidus citò redcat ad animam quietem, quam equidem appetit, sed paulò antè? materia disposita, ut denuò concipiatur, atque idcirco dæmones non aliud, quod agant, quã ut faciem ignis in feno. Zach. 2. & tum illum sinant agere. Videri an non tria ista fulcra, quibus error impiorum, qui ad mortem confessionem differunt, male data? ne sinas ab inimicis tuis circumveniri promissis, hæc enim est *repromissio nequissima*, quæ Ecclesiasticus, *multos perdidit.* 24. v. 9. Dæmones in præliis perunt, ut animam tuam illis dilinquant, solum postulant, ut te per modum depositi, dum ad vitam hinc migras. I sane, si illam dare, vel deponere, hoc aliud est, quã ovem deponere lupi! at *Lupi vespere non quebant in mane.* Sap. 3. v. 3. agitur consilij? ut quamprimum eas ad faciendam confessionem, quam tantopere speras te deponere mortem facturum. *Vros & consilij fiteberis.* Eccl. 17. v. 27. non solus, qualis etiam est omnis mundus, sed & sanus. & hoc est, quod dicitur: *Non demorevis in errore ante mortem confiteri.* quia cum ante mortem confiteri, oportet primum fieri potest, confiteri.



## VIII.

*Cum iratus fueris, misericordia recordaberis. Abac. 3. v. 2.*

Considera primum sensum horum  
verborum, qui est, Dominum,  
cum summum attingit sui furoris, cum  
iratus fuerit, recordari se esse miseri-  
cordem, misericordiam recordatur, & sic  
incipit placari. hoc enim est, in quo  
suum ille gloriam ponere constituit.  
voluit in eo ponere, quod sit miseri-  
cor, noluit in eo ponere, quod sit ju-  
stus. Diligit misericordiam & iudici-  
um. hoc verissimum est, & tamen mi-  
sericordie Domini plena est terra. Psal.  
31. v. 7. non plena iudicio, sed plena mi-  
sericordia. Hinc est, quod Patres anti-  
qui cum placaturi aliud non agerent,  
quam illi revocare in memoriam hanc  
ipsam misericordiam, de qua tantope-  
re complecebatur. nisi quod nomen istud  
Misericordie olim habebat sensum a-  
bominabilis magis arcanum, in quo illud u-  
surpabant nonnulli, quibus major &  
sublimior inerat spiritus, nempe ad  
exprimendum Messiam futurum, qui  
erat summa Misericordia generi hu-  
mano a DEO promissa. Unde vero-  
simillimum est, quando David dicebat  
DEO: *Miserere mei DEUS secundum  
magnam misericordiam tuam*, cum in-  
tellexisset per hanc Misericordiam JE-  
sum Christum Dominum nostrum, ita  
ut ejus intuitu veniam peteret sui pec-  
cati. Illud certum, pluribus locis  
veteris Testamenti id significari hoc  
nomyne. Hoc erat exultare in Mis-

ricordia Domini, hoc sperare, suspira-  
re, postulare tam ardentibus votis: *O-  
stende nobis misericordiam tuam, & sa-  
lutare tuum da nobis. Pl. 84. v. 7.* & haud  
dubie DEUS ipse id intellexit, cum di-  
xit de Davide loquens, quantacun-  
que ejus filij peccata committerent,  
nunquam fore, ut auferat miseri-  
cordiam promissam. *Visitabo in virga in-  
iquitates eorum, & in verberibus peccata  
eorum, Misericordiam autem meam non  
dispergam ab eo. Pl. 88. v. 34.* Ecce  
igitur, quid intellexerit Propheta, cum  
dixit DEO: *Cum iratus fueris, Mi-  
sericordia recordaberis.* dixit illi, cum  
futura esset in summo furoris aestu,  
recordaturum JESU Christi, sibi adeo  
dilecti, & ita necessitate quadam pla-  
catum iri. o quantopere placat DE-  
UM Misericordia JESU Christi! Hec  
est Iris illa, cujus aspectu diluvia su-  
spendit, quae merito quotidie inunda-  
rent ad demergendum hunc mundum.  
Itaque si placare illum velis pro pecca-  
tis tuis, continuo, ut sic dicam, refri-  
canda est memoria JESU. ideo est da-  
tus, ut illo tanquam servatore tuo ut-  
taris. Olim haec Misericordia tota e-  
rat in sinu Patris. *Apud Dominum  
Misericordia.* Pl. 129. v. 7. nunc etiam  
est in tuo. Quoties communicas, to-  
ties Misericordia est apud te, & non est  
solum apud Dominum.

2. Considera alterum sensum ho-  
rum

Y y 3

rum







magis accendat. & quodnam erit hoc  
tempus? Dies Judicii. Nunc ejus  
temporis respectu propriè dici non po-  
tuit, quòd unquam irascatur. *Nunc  
non inferi furor em suum.* Job. 35. v. 15.  
Tunc enim verò irascetur: *viam faci-  
et semita iræ suæ.* Pl. 77. v. 55. ampli-  
ando viam, in qua decurrat indignatio  
sua, quã nunc stringit tam arctè. adeò,  
ut dies illa per antonomasiam dies ira  
& lacris paginis vocetur: *Dies ira, dies  
illa.* Soph. 2. v. 2. & ideo hic rectè di-  
cit Propheta: *Cum iratus fueris*, quia  
tunc monstrabit DEUS, ut sic dicam,  
septimã viæ iratum. Quo posito tu  
iple nobis, cum in iram contra aliquem  
erastis, ut fieri assolent, illico redire in  
memoriam beneficia ipsi præstata, &  
hoc facit, ut illa maxima sumat incre-  
menta. Ita fiet die illo terribili, cum  
iratus fuerit, occurrent ingentes, qui-  
bus erga te usus est, Misericordiæ ex-  
cessus: *Misericordia recordabitur*, &  
hoc faciet illum deinceps implacabi-  
lem. Itaque imaginare tibi te stare  
cansiper coram ejus Tribunali, eum  
videre, eum audire, cum demum *Lo-  
quetur in irâ suâ.* Pl. 2. v. 5. & tecum  
in se perpende, qualis circa tuam per-  
sonam maximè futura sit recordatio.  
Recordabitur, quòd te absque ullâ  
sua necessitate vel indigentia misera-  
tione tantâ produxerit ex abyssu nihili  
ut readmitteret in partem gloriæ, te  
condervaret, te custodierit, continuò  
suis quasi impensis sustentaverit, assi-  
gnando pro custodia tutorem Ange-  
lum semper lateri assistentem. Re-  
cordabitur, quòd favore profusus exi-

mio te nasci voluerit in Orbe Christia-  
no, Regione cultâ, commodis parenti-  
bus, tempore tanti luminis ad inveni-  
endam viam Cæli aliàs neglectam.  
Recordabitur, quomodo semper te sit  
consecutus, quasi te perditio timeret  
aliquam suæ beatitudinis jacturam.  
Recordabitur, quoties te vocaverit,  
invitaverit, impulerit. Recordabitur  
tot auxiliorum gratiæ, quæ tibi quamvis  
sine fructu largitus est. Recordabi-  
tur, quoties carne suâ te cibaverit in  
sanctissimo Sacramento, visceribus  
nutraverit, venis & sanguine lactave-  
rit. Recordabitur tot aliorum bene-  
ficiorum sine numero præstitorum,  
quæ soli tibi sunt nota, imò non sunt  
nota, sive quia non cognoscis, sive  
quia non consideras. maximè verò re-  
cordabitur se inter duos Latrones tui  
causâ mortuum in Cruce, nudum, de-  
relictum, derisum, laniatum, & ad hanc  
recordationem quis explicet, quanto-  
pere accendendus sit ejus furor? *Ex-  
ardescet sicut ignis ira ejus.* Pl. 88. v. 45.  
& ideo hæc erit ita illa, ad quam atto-  
niti Reprobi montes inclamabunt, ut  
ipsorum capitibus incumbant, feras, ut  
devorent, flammæ, ut consumant, in-  
fernum ipsum, ut sine morâ deglutiat,  
*quoniam venit dies magnus ira ipsorum.*  
hanc verò sustinere deinceps quis po-  
terit? *Et quis poterit stare?* Apoc. 6.  
v. 17. atque ut hujus furoris causam  
significaret, & explicaret, dicebat Pro-  
pheta loquens cum Domino suo: *Cum  
iratus fueris, misericordia recordaberis.*  
Hæc faciet, ut longè severius in omnes  
impios exerceatur judicium. & sic tunc  
pariter



pariter innotescat, quàm verè scripserit S. Iacobus : *Misericordia super exaltat iudicium.* quia Misericordia faciet, ut iudicium longè eos terminos excedat, ad quos aliàs sola illud exaltare possit Iustitia. Et ideo scito Mife-

ricordiam illam, quæ nuicem tuetur, eo die contrate magis percuram quàm ipsam Iustitiam, quæ quotidie soles illà abuti tradacter. O quanto decipere errore!

## I X.

*Quàm magnus, qui invenit sapientiam, & scientiam! sed non super timentem Dominum. Timor DEI super omnibus perposuit. Eccli. 25. 13.*

1. **C**onsidera nomine sapientiæ hoc loco intelligi sublimem notitiam Veritarum Divinarum, qualem habent Theologi, nomine scientiæ notitiam perfectam veritatum humanarum, qualem habent Physici, Mathematici, Ethici, Politici, & sic de reliquis loquendo. *Sapientia Divinis, scientia humanis attributa est. D. Aug. l. 13. de Trin. c. 19.* Jam verò res hæ duæ, sapientia scilicet & scientia, duo sunt thesauri, qui omnes alios transcendunt, in terræ visceribus abditos. quia maximum, quod à ceteris hautiri potest, bonum est, ut eorum subsidio sapientiam & scientiam consequaris. ceterum si cunctis tuis opibus eò non pertingas, ut doctus evadas, quid quæso profunt tibi? *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit?* Prov. 17. v. 16. necesse est te docto paupere deteriorem esse, quia doctus demum is est, qui imperat universo. *Intelligens gubernacula possidebit.* Prov. 1. v. 5. Imaginare ma-

gnum aliquem Monarcham, solentem, oportet, si gerere bellum lit, obedire militi perito, si gerat sapienti Ministro, si convalescat, docto Medico, si ædificare, bono architecto, & sic de ceteris. *Quis est, serviet sapienti.* Prov. 11. v. 28. è contratio doctus quantumvis per subicere sibi possit etiam riches, & eorum vivere expensivus, *sensato liberi servient.* Eccl. 10. v. 3. & ideo o quàm bene hic Ecclesiastes loquitur, cum dicit: *Quàm magnus est, qui invenit sapientiam.* & *quàm magnus est, qui invenit scientiam.* quia doctus major est ipsius magisteribus indoctis. & tamen doctus est sublimis, ut exclamare necesse est de illo loquitur: *Quàm magnus est, qui invenit scientiam.* illi, qui vivit in sancto Domini timore. *Quàm magnus est, qui invenit sapientiam & scientiam! sed non est super timentem Dominum.* & ratio est, quia Doctrina magnum facit coram hominibus. vitæ probitas magnum coram



DEO: adde, ut, si tu bene vivas, quantum vis rucissimus, ad Caelum evoles: si male vivas, etsi Salomon fueris, non eo possis evolare, sed necesse sit cum omni speculatione tuâ tam pulcherrimam precipitari in infernum. Tunc vero quid jubar esse doctum, si finem ultimum consequi nescias? in hoc vera sapientia & scientia consistit. *Divinae salutis sapientia & scientia.*

1. Considera hac sententiâ Ecclesiastici non damnari sapientiam & scientiam, quæ duo sunt thesauri aliâs excellentissimi, sed timori Domini postponi, hoc est, observantiæ sanctissimæ suæ legi, ut omnes intelligant, timorè Domini non esse ordinandum tanquàm medium ad sapientiam & scientiam adfectionem, verum sapientiam & scientiam ordinandas ad obtinendum timorem Domini tanquam finem suum. *Corona sapientia timor Domini.* Eccl. 1. 7. 22. & idcirco quando studes eo proposito, ut te reddas idoneum servitio Divino, rectissime facis, quia medium ordinas ad finem. At si, ut studeas, servitium negligis Divinum, jam stultus es, quia finem ordinas ad medium, & es similis illi, qui coronam de capite detrahit, ut ad eam obtinendam se reddat idoneum. si ita facias, aliud tibi nequit, nisi te vivere deceptum. *Sapientia tua, & scientia tua hac deceptum.* Il. 47. 10.

3. Considera hac sententiâ pariter reddi manifestum Timorem Domini debere dominari sapientia & scientia, at vice versa sapientiam & scientiam

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

non debere dominari sed obsequi Timori. Et ideo hic subjungit Ecclesiasticus: *Timor Dei super omnia se superposuit.* quia ipsius est præsidere. Proinde cogita doctrinam esse curram pulcherrimum, in quo operâ tuâ triumphare possit Christi gloria inter fideles suos, uti faciunt tot celebres Divini Verbi præcones. at in hoc curru præsidere debet Timor DEI quasi attentissimus auriga, aliâs in ipso exercitio promovendi triumphum Christi, ire potes in præceps. Cogita Doctrinam navem esse pulcherrimam, quâ transferri possit gloria Christi ab uno mundo Christiano ad alium idololatram, uti faciunt tot magnanimi Missionarii. sed huic navi præsidere oportet Timorem DEI instar vigils Naucleri; aliâs in ipso exercitio dilatandi fidem Christi, naufragari & illidi potes in mille scopulos. Cogita Doctrinam esse quasi Turrim fortissimam, in qua, te agente, Gloria Christi non formidet tela hæresis rebellis, prout faciunt tot eruditi Polemici scriptores. sed in hac quoque Turri præsidere oportet Timorem DEI velut providas excubias; aliâs hæc ipsa Turris, quæ tam bene tuetur Christi gloriam, te non servabit. & quam ratio tanti mali? Ratio est, quia sapientia & scientia, quas sine probitate possides, alios reddunt bonos, sed non faciunt bonum te ipsum, imò faciunt pejorem. *Scienti bonum facere, & non scienti peccatum est illi.* Jac. 4. v. 17.

4. Considera, in quo potissimum istud regimen consistat, quod semper

Zz

retinere



retinere debet Timor DEI in sapientiâ & scientiam. consistere debet in præservando illas à vitis, quibus sunt obnoxia, vel ab his liberando. ita ut sit instar Regis, qui in throno suo confidens uno aspectu malum omne dissipet. *Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Prov. 20. v. 8. Virtia ista sunt septem, Vana gloria, Præsumptio, Pertinacia, Emulatio, Fraus, Cupiditas, Arrogantia. Omnia ista proculà te arcere debet Timor DEI, si doctus fueris. Vana Gloria facit, ut intra te ipsum ob scientiam tam stultè intumescas. *Scientia inflat.* 1. Cor. 8. & huic Timor Domini debet superponi per Humilitatè, quæ vanam glorià deiciat in profundū suggerendo, quidquid habes ingenii, totum esse à DEO. *Inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.* Job. 32. v. 8. Præsumptio facit, ut supra conditionè tuam velis sapere: & huic Timor Domini debet superponi per sobrietatem, quæ in discendo requiritur. *Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Rom. 12. v. 3. Pertinacia facit, ut velis nimium propriis adherere sensibus: & huic Timor Domini debet supponi per charitatem, quæ omnes superat triumphos. *si habuero omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* 1. Cor. 13. vers. 2. Fraus facit, ut scientiâ utaris ad impo-

nendum simplicibus. & huic Timor Domini debet superponi per lenitatem, quæ rationes tuas modè. *Cum sapientiâ proferevis responsum.* Eccl. 5. v. 3. Cupiditas facit, ut scientiâ utaris ad parandam pecuniã huic Timor Domini debet superponi per Liberalitatem, quæ tibi per communicationem ipsius scientiæ. *Ponam in lucem sapientiam ejus.* Ps. 112. Arrogantia facit, ut in conversatione spernas proximum, ita ut in te appareat illa plaga, quæ in deo cernebatur representantibus. *litteratos, Vesica,* inquam, *inquit.* Ex. 9. & huic Timor Domini debet superponi per modestiam, quæ cunctos te ordinat: *Qui super disciplinatus inter vos ostendat se in conversatione operationem suam mansuetudine sapientia.* Jac. 3. Quando Timor DEI his doctis vitis, quæ facillimè literatis accipiendi poterit dominari omnibus, septem ista sunt quasi Capitula, quæ cetera reducuntur. & sic videri poterit: *Timor Domini super omnia superposuit,* non *superposuit* quia ipse Rex est per electionem, & ideo condere thronum suum debet, quæ debet cujusquam suffragium, quæ autoritate in eo collocetur.





## X.

*Omne quod natum est ex DEO, vincit mundum, & haec est victoria, qua vincit mundum, fides nostra. 1. Jo. 5. v. 4.*

Considera, cum hic dicit Aposto-  
lus: *Omne, quod natum est ex*  
*DEO, vincit mundum, per omne non*  
*intelligi omnem hominem fidelem,*  
*sed unius generis hominum.* non ait:  
*Omnia, qui nati sunt ex DEO:* hoc  
enim verum non esset. Infantes, ubi  
acceperunt Baptismum, jam sunt DEI  
filij, ut si moriantur, quamprimum  
etiam ipsi ad Caelum tendant fructuri  
haec deare filij debita, & hi tamen  
non vincunt mundum, imò nec ad  
eum vincendum in hoc statu sunt ido-  
nei, quia nondum apti ad pugnandum.  
Idcirco non dicit Apostolus: *Omnia,*  
*qui nati sunt ex DEO, non peccat,* sicut  
alibi duobus in locis dicit: *Omnia,*  
*qui nati sunt ex DEO, non peccat,* sed  
dicit *Omne,* quia hoc patet esse verissi-  
mum. Vide quodcunque genus ho-  
minum etiam vilissimorum, aptum id  
est ad vincendum mundum: & verò  
etiam vincit. Sacerdotes, Laici,  
Literati, Indocti, Principes, Plebei,  
Bobulci, Servi, Milites, Aulici,  
Virgines, Viduae, Maritati, numquid  
omnes hi vincunt? non vincunt om-  
nes significatim, seu individua, quae in his  
generibus continentur, *Omnes homines*  
*horum generum,* sed vincunt omnia ge-  
nera, in quibus ista individua conti-  
nentur: *Omne genus horum omnium,*  
quia non est ulla hominum conditio,  
in qua non numerentur etiam sancti,

qui gloriosè mundum subegerint, &  
conculcaverint. Quae igitur excusatio  
tua esse potest, si sanctus non fias? an  
statu tuo culpam tribues? tibi ipsi tri-  
bue, voluit Dominus, ut Noè immen-  
so labore colligeret in Arcâ omne ge-  
nus animalium, quamvis plura unius  
quam alterius generis, ad denotandû,  
nullum hominum genus excludi à sa-  
lute, quamvis non omnia aequali nu-  
mero illam consequantur.

2. Considera, quae sit causa, cur  
omne genus hominum Christianorum  
vicerit mundum, & etiamnum vincat  
maximâ gloriâ. Causa est, quia id,  
quod vincit mundum, commune est  
omnibus, nempe Fides. *Et haec est*  
*victoria, qua vincit mundum, fides no-*  
*stra.* Particula *Et* aequivaleret hoc loco  
voci *quia,* prout contingit in aliis  
scripturae locis passim occurrentibus.  
ceu dicat: *Omne genus hominum, quod*  
*natum est ex DEO, vincit mundum,*  
*quia haec est victoria, qua vincit mundum,*  
*Fides nostra.* Id quod vincit mundum,  
non est sexus, non indoles, non prop-  
ensio naturae, non doctrina, non ani-  
mus, non intellectus, sed fides, quâ ar-  
mari quisque potest. hac fide deinde  
vincunt mundum fideles duplici rati-  
one. Vincunt aliqui subjiendo:  
*Conculca anima mea robustos.* Jud. 5. v.  
21. & ad hanc victoriam tenentur om-  
nes, quia omnes debent mundum  
habere



habere subditum honori Divino. quicumque sic cursus rerum, cum agitur de offensâ DEI, non est curandus etiâ mundus universus, sed illico terendus pedibus. Alij vincunt relinquendo, ut Dominum sequantur, qui illos vocat ad altius vitæ genus. *Sustollam te super altitudines terra.* Il. 58. v. 14. & ad hanc victoriam non omnes obligantur, quia hæc est perfectiorum, atque adeo non victoria tantum, sed etiam triumphus. quo modo tu vincis? faxit DEUS, ut non potius ab illo crebro & turpiter te vinci patiaris.

3. Considera, quid sit iste mundus, quem tot vincunt fidei virtute. Est cumulus trium illorum infamium malorum, quæ tantopere hominum cordibus dominantur, amor scilicet voluptatis, amor pecuniæ, amor falsi honoris. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* 1. Jo. 2. v. 16. qui vincit triplicem hunc amorem, jam vicit mundum, hos autem vincit fides. Vide, quomodo in quocunque genere hominum Christianorum reperite sit innumeros, qui de his rerulerunt victorias non modò eximias, sed prodigiosas. quis status longius abesse creditur à victoria voluptatis, quàm conjugalis: & tamen etiam in isto reperiuntur multi, qui puritate Angelos superârunt. quia Angeli *neque nubunt, neque nubuntur.* Matt. 22. v. 30. Isti nupservunt, & tamen Angeli extiterunt. quis status longius abest à victoria amoris pecuniæ quàm ille divitum? & tamen inter divites, quod vaticinatus

est Isaias, inventi sunt, qui videntur instar mendicorum. *Leo quasi medet paleas.* Isa. 11. v. 7. non augeant, quod avari faciunt. sed piofius profundant. Quis status longius abest à vincenda superbia quàm ille litteratorum. & tamen illo litteratorum fuerunt plures, qui positi super candelabrum inde ceciderunt, & se ipsos abscondunt in modio. Id verò quomodo efficitur vi fidei. fides docet bona, queritur, non esse vera bona, vera esse non videntur: *quæ enim videntur temporalia sunt, quæ non videntur eterna.* & sic illi contemptis hiis, videntur, ad illa anhelant, quæ videntur, & per hoc vicerunt concupiscentias, quæ sunt bonorum sensibus subjectorum. Vincere concupis? hoc age, fide te arma. *Fortis in fide.* 2. Pet. 5. v. 9. Alio modo facile erit, ut tu potius ab illis vincas. Istæ sunt tres lanceæ, quibus intus Joab cor trajicit incauto curru deloni, ut eum interficiat. si ab hoste te velis. semper incede armatus, unquam depone loriam, quam habes fidem. *Induit loriam fides.* 1. Th. 5. v. 8.

4. Considera non quancumque dem sufficere reportandæ victoriæ, quâ Apostolus loquitur, sed quæ erat fides ipsius, *fides nostra,* hoc est fides vera, & viva. Omnes hæc fidem jactant, sed qualis illa est? fides est, quæ infidelitatem non tædet, sed tegit, & ideo non est vera. certe hæc fides non vincit. super



vide tantisper, quos de perfido mundo triumphos hæresis reportaverit. nullum omnino. imò semper ipsa fuit triumphata. quippe, si ritè obliques, non est ulla hæresis, quæ non sit genita ab uno hujus triplicis amoris, quandoque ab omnibus, tanquam purus penitus monstrosus. Talis erat hæc seculis illa Henrici VIII. Regis Angliæ, in quo simul jungebantur ad expugnandum cor Regium Concupiscentia carnis per nuptias incestuosas, quas non dubitavit solenni ritu celebrare cum illa sua Amasia. Concupiscentia oculorum, per spoliationem Abbatarum, templorum, monasteriorum, sacrorum Altarium. Superbia vix per prerogativam, quam sibi arrogabat in Vaticanum. & de tali fide dici possit, quòd vincat mundum? vincere illum nequit, quia vera non est. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Sed etiam hæc ipsa nostra, licet vera, non poterit illum vincere, nisi etiam sit viva, hoc est, operans. talis autem esse nequit sine spe, & charitate. hic enim est ordo. Fides facit, ut cognoscamus solum DEUM esse bonum nostrum. Spes facit, ut etiam ad illud assurgamus; Charitas, ut adhareamus. & cum aliquis vero suo bono adhæret, quomodo fieri potest, ut adhuc curet falsum? Necessè igitur est tres istas virtutes concurrere ad victoriam de tribus supra memoratis amoribus referendam. ista verò nihilominus fidei

tribuitur; *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra,* quia ipsa dux est, quæ trahit ceteras, ut signa sua sequantur. Fides Spem generat, Spes Charitatem gignit. *Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob.* Mat. 1. Abraham typus erat Fidei, Isaac Spei, quis ignorat? & ira Jacob pariter Charitatis, tanquam is, qui fortis exiit ad luctandum cum Domino, & prævalendum, tam arctè illi uniebat. Ita est, Jacob deinde fuit, qui ceteros gigneret minores Patriarchas tanto numero, quemadmodum Charitas ceteras producit virtutes, Theologicis inferiores. omnes tamen istæ præcipuè tribuuntur Fidei, uti Abrahamo omnes illi Patriarchæ, quamvis essent progenies ipsius Jacob. & sic *Pater multitudinis* non vocatus est Jacob sed Abraham. Cogita proinde à Fide pariter derivandis omne genus virtutum tam superioris ordinis quàm inferioris. & ideo sine ista altis in corde tuo agere radices, quia Fides Spem dabit, Spes Charitatem, Charitas ceteras, quas desiderare possis, virtutes. hoc verò instructus exercitu quid times? quis dubitet te fore totius mundi victorem? & sic in hoc quoque sensu verissimum est: *Omne, quod natum est ex DEO, vincit mundum:* quia omnis virtus Christiana, si bene ponderes, vincit mundum; & tamen *hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra,* quia victoria præcipuè adscribitur Fidei.



*Gratiam fidejussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam*  
Eccl. 29. v. 20.

1. **C**onsidera hunc amantissimum Fidejussorem, de quo hoc loco fit mentio, communi deuotissimorum & doctissimorum interpretum consensu, alium non esse quam JESUM Christum Dominum tuum. Si ipse non foret, quid modò te feret? æternum perires. Ipse, cum cerneret te non esse solvendis debitis, quæ apud DEUM contraxisti, in rigore Justitiæ, ultro illa in se recepit, & satisfacere decrevit tam liberali demissionis, sudoris, sanguinis impendio, uti jam nôsti. Unde si vel tantillum in corde retineas humanitatis sensum, si non sis fera bellua, non furia, non unum è monstris, quæ subinde Lucifer humanâ specie emittit in hunc mundum, obsecro, noli amplius esse ingratus. Capisne, quale beneficium illud fuerit? si omnes simul Angeli, Principatus, Potestates, Seraphinorum primi descendissent in terram, ut humanam induti carnem paterentur, torquerentur, morerentur pro te, condignè satisfacere non potuissent pro tuo debito: quia omnis cultus, quem exhibuissent DEO, omnis honor, omne obsequium longè erat inferius offensâ quacunque minimâ ex innumeris, quas fecisti, tu, inquam, vilissimus terræ vermiculus. Opus erat in hunc finem personâ mul-

tò digniore, hoc est, æqualis carnis-  
stò JESU dignitatis. & ideo n-  
suo dilecto sese repræsentans  
fieri dignatus est, ut causam la-  
præcipitem, donec aduentum  
tudine temporis, quod erat  
ut ita loquar, peremptoriam,  
DEUS solutioni præstetur, et  
te solveret. ut spondentem  
Apostolus, cum dixit: *Nr-  
menti Sponsor factus est JESUS*  
7. v. 22. ut soluentem David  
ravit, cum dixit: *Omnes gentes*  
*ei, quia liberabit pauperem a pro-*  
*pauperem, cui non erat*  
Pl. 69. v. 6.

2. Considera, Dominum mundum  
do fuisse obstrictum ad bene-  
tam præclarum, quale istud est  
placuit exhibere tibi. *Obliuiscaris*  
*quia ipse voluit.* Isa. 53. v. 7. *ut*  
co tale beneficium gratia appo-  
quippe quod beneficium fuit  
sum, beneficium gratiarum, quæ  
tura suâ est omnis fidejussio. *Gratiam*  
*fidejussoris ne obliuiscaris.* *Terro-*  
reperies, qui aliquando in hoc  
do fidejussorem fecerit illi finem  
quam Christus fecit? Judas, qui  
peret Beniaminum secum abducat  
Ægyptum, fidejussorem fecit  
dubiè Jacob Patri suo illum re-



di, reddendique dicens magno animo: *Ego suscipio puerum, de manibus require illum, nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* Gen. 43. v. 9. Sed equare fecit? quia credebat certo se omninam fore ab illis imprecationibus funestis, quas sibi imponebat, nisi eum adimpleret. Et sic quorquot fiunt fidejussores pro amico, ideo fiunt, quia sperant fore, ut amicus industria & ingenio utatur, quam potest maximo ad solvendum, aut saltem postea sibi compensetur. unde volunt potius spondere quam solvere. Si certo tenent sibi solvendum id, pro quo cautionem prestiterunt, nunquam perirent. At Christus, cum tua sibi debita imposuit, certo sciebat illam a se solvenda, quia spondebat pro debitore pauperrimo, infirmo, inepro, & incapaci, ut ulla ratione damna sua compenset: & tamen ea suscipere non dubitavit *Sponsor factus*, in favorem non tantum pauperis, sed ingrati, & non videtur hæc pura putasse gratia? quomodo ergo ejus pecces oblivisci? *Gratiam fidejussoris ne obliviscaris.*

3. Considera, quemadmodum super terram non fuit fidejussor similis Christo, ita minus fuisse, qui solveret ut Christus. nam ubi reperies, qui compulsus ad solvendum id, pro quo fidejussit, plus solvat, quam debeat? imò quis detrahere laborat, quantum potest: *Solidi vix reddet dimidium.* Eccl. 29. v. 7. Jam enim nostri ad satisfaciendum rigori Justitiæ sufficisse,

ut pro se fieret supplex, ut unum pro te ederet suspirium, tantum erat pretium cujuscunque etiam minimi operis. & ipse tamen, ut tanto magis tibi conciliaret affectum Patris, ut te erudirer, ut animaret, ut complanaret ad cælum viam, tantis fecit expensas, ut non tam liberalis videri posset quam prodigus. *Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia.* Rom. 5. v. 10. numquid credis te obligatum, ut pro solutione tam liberali gratus exiltas? sed parum abest, ut credas te minus illi obligatum, quia pro te tanto fecit amplius, quam deberet. Id vero numquid summa esset ingratitude?

4. Considera, quid agere te oporteat, ut gratum te exhibeas illi, cui tantopere obligaris. Hoc agere debes, quod pauper quisque debitor, in cujus favorem locuples amicus fidejussit, imò & exolvit. primò debes cognoscere beneficium, de illo cogitare, de illo loqui, & gratias referre: deinde adhibere operam, ut è tuo nihilo tantum, ut ita loquar, exprimas censum, qui quocunque modo compenset grandem illam summam Capitalem, quam Christus in eo genere pro te exposuit. ita, ut, si ille dederit mare lacrymarum, sudoris, sanguinis, tu pro illo saltem stillam unam effundas: si ille toleraverit tot horrendas injurias, tu saltem levem sustinere velis offensam: si ille tot & tam probrosas tulit ignominias, tu saltem modicam patiaris derisionem. Si ille pro te etiam mori in Cruce voluit, tu saltem

velis

anna  
recom  
VII



velis non dico mori pro ipso, quo  
 fortè dignus non es, sed vivere ipsi:  
*Anima mea illi viveret.* Vivere ad dan-  
 dum illi gustum, vivere ad procuran-  
 dam gloriam, vivere ad querendum  
 aliquid pro modulo paupertatis tuæ,  
 unde appareas nolle esse ingratus. Et  
 fieri potest, ut illi neges etiam cen-  
 sum tam exiguum? Imò verò utinam  
 non sis ex numero illorum, qui ipsi  
 omnino verterunt dorsum. ita fit:  
*Repromissorem fugit peccator, & immun-  
 dus.* Eccl. 29. v. 21. *Peccator*, sive  
 ille, qui est oneratus peccatis spiritua-  
 libus Invidiæ, ambitionis, avaritiæ,  
 præsumptionis. *Et immundus*, seu  
 qui est oneratus peccatis carnalibus,  
*fugit repromissorem*, dedignatur videre  
 faciem Domini, pro se in Cruce mor-  
 tui, ne sit necesse recordari, quantum  
 illi debeat. Absit, ut unquam ita  
 procedas. imò dies non abeat, quo  
 non tantisper dedita operâ oculos in  
 Crucifixum desigas, ut saltem movea-  
 ris ad desistendum ab offensa. *Gra-  
 tiam fidejussoris ne obliviscaris*, dedit  
 enim pro te animam suam.

5. Considera, quàm meritò hoc fa-  
 cere te deceat, quod requirebam: quia  
 cautio, quam Christus pro te fecit,  
 non fuit qualiscunque vulgo usitata,  
 alij communiter non faciunt nisi cau-  
 tionem pecuniæ, & hanc dum solvunt,  
 quid demum dant? *dant pecuniam.*  
 Non ita Christus. Christus se toto  
 cautionem præstitit, & sic solvendo  
 dedit animam suam, & dedit in pote-  
 statem crudelissimorum hostium. *De-  
 di dilectam animam meam in manu ini-*

*micorum ejus.* Jer. 11. v. 7. *Mori*  
 cludere ex hoc ipso potes, Christus  
 esse fidejussorem illum singularem  
 quo agitur hoc loco etiam quæ-  
 teram, quia ipse est, qui dedit  
 suam redemptionem pro multis.  
 dicit Evangelista. Mar. 10. v. 45.  
 etiam pro omnibus, uti loquitur  
 stolus. 1. Tim. 2. v. 6. *Pro*  
 quoad efficaciam, pro omnibus  
 sufficientiam. Verum est, quod  
 capiendum profectum, quem  
 ter, beneficium istud factum  
 considerandum sit non ut ad-  
 versale, sed ut particulare, scilicet  
 prium: unde dicit sapiens: *Gra-  
 tiam fidejussoris ne obliviscaris*: dedit  
 pro te animam suam. non dicit  
 pro omnibus, nec pro multis, dicit  
 te; quia revera Christus ita est  
 tuus pro te, ut etiam esset mor-  
 si alius præter te non fuisset redem-  
 dus. *Dilexit me*, & tradidit  
 ipsum pro me. Gal. 2. v. 20. *Imò*  
 si velis recordationem hujus bene-  
 tibi non solum esse suaviorem  
 utiliozem, perpende eum dedit  
 mam suam redemptionem pro te.  
 est loco tui, vel causâ tui. *Dedit*  
 te. quo si velis significari loco  
 gita æquum fuisse te pati, quod  
 Christus est passus: tibi fuisse de-  
 illa flagra, quæ suscepit, illa  
 plagas, vincula tam penosa, illas  
 nas, contumelias, spura, violentias  
 vorum extensiones, alapas, & clava-  
 tam acutos, qui eum transierunt  
 aded ut perinde sis obligatus ad gra-  
 tudinem, quasi cuncta hæc mala



nas non fuisset pro ullo alio nisi pro te solo. *Dedit enim pro te animam suam.* Quodli altero sensu usurpare velis, nempe ut pro te idem sit ac amore tui, omnino dedit pro te, quia & exonerare te peccatis, & liberare à peccatis voluit, quæ te specialiter concernant. an erat fortassis alia civitas refugij, in quam cum pauperibus debitoribus confugeres, & servares te ipsum, nisi Christus latus suum aperuisset? Non erat alia uspiam, damnandas eras ad carcerem perpetuum, imò ad rogam, ad ignes æternos, eundem ad infernum. ut adeo sis obligatus ad gratitudinem, quasi bona ista laudans enumerata nulli alteri contulisset nisi tibi soli; quia reverà pro te applicavit omnem fructum acerbitissime passionis suæ, quasi tu solus in hoc mundo existeres. Et adhuc tam ingratus eris, ut neque respondeas pro malis, quæ suscepit, quando dedit animam suam pro te, id est loco tui: neque respondeas pro bonis, quæ tibi

exhibuit, quando dedit animam suam pro te, id est, amore tui? est sanè, cur de utroque vehementer dubitemus; quia *Bona repromissoris sibi adscribit peccator, & ingratus sensu derelinquet liberantem se.* Eccli. 29. v. 21. *Derelinquet liberantem se, dum mala non cogitat, quæ succedanea illa victima ferre voluit, ut ipsum servaret. & bona Repromissoris sibi adscribit.* Dum non veretur hæc ipsa bona adscribere sibi, quæ suus ipsi fidejussor contulit. an ignoras, quidquid in præsens operaris boni, totum JESU Christo deberi? quí igitur fieri potest, ut vanè inde complaceas, imò etiam infle-ris, & gloriaris, quasi tuum esset meritum, quod unice fuit ejus donum? *Gratiam fidejussoris tui ne obliviscaris.* ne obliviscaris meram esse gratiam Christi, si quid agis boni, quia ipse dedit pro te animam suam, sustinendo cuncta illa mala, quæ tibi erant debita.

\* \* \*

## XII.

*Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentia tue: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Prov. 3. v. 5.

1. Considera, dum sapiens tibi dicit, ut toto corde confidas DEO, non prohiberi, quò minus utaris etiam prudentià à DEO tibi concessà: non ait: *ne utaris prudentià tuà.* Sed solum: *ne innitaris.* imò cum admo-  
R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

net, ne innitaris, hoc ipso indicat eà tibi utendum. aliàs jam non esset fiducia, sed temeritas. & sanè DEO perinde displicent tam temerarij, quàm nimiùm prudentes, illi quidem, quia videntur velle ipsum obligare; isti

A a a

isti



isti verò, quia videntur nolle esse obligati. Itaque *Estote prudentes*, inquit Petrus, sed quid subjungit? & *vigilate in orationibus*. Videntur hæc duo oppidò diversa, Prudentia, & Oratio; & tamen continuò invicem conjungi volunt. Si prudenter agas prævidendo & providendo quoad potes, ostendis te nolle obligare ad faciendâ in favorem tui miracula, uti facit temerarius, cum exempli causâ *sine consilio exit ad prælium*. 1. Mach. 5. & si eodem tempore sollicitè fudeas illum invocare, ostendis, te non dedignari illi esse obligatum, uti facit nimium prudens, qui sibi persuadet, præter se nemine alio sibi opus esse: *Manus nostra fecit hæc omnia*.

2. Considera, quæ sit causa, ob quam tuæ inniti prudentiæ non debeas. *Ne imitaris prudentiæ tuæ*. hæc ipsa causa est, quia est tua, atque adeò fallax: *baculus arundineus*, cum neque prævidere pollis eventus omnes, & licetiam prævideas, nequeas providere. Quid ergo faciendum? Itatendum, quod prudentia dicat, seu recta ratio: in hac verò non acquiescendum, sed recurrendum ad DEUM, & in eo reponenda spes omnis boni eventus. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo*. hoc est agere prudenter, non fidere sibi, non sapientiæ, sensui, vel virtuti suæ, sed soli DEO. *Benedictus vir, qui confidit in Domino*. Jer. 17. v. 7.

3. Considera sapientem non esse contentum, quod speres in DEO: sed insuper requirit, ut confidas. Ideo

dicat: *Habe fiduciam in Domino*. dicit: *Habe spem*. Omnia spes est: sed non omnis spes est. Spes admittit in corde quæque merum contrarium rei fiducia non admittit. & ideo equidem & ipsa spes est, sed ma, spes fortis, qualis etiam fto exitit juxta illud: *Ego confidam in eum*. Hebr. 2. Cùm in proprio loquendo, spes non facit hæc est, quam sapiens in te de Vult, ut DEO fidas moderatam illam sollicitudinem, in subinde prudentia degenerat: *dentia tua pone modum*. Provi an times, ne rebus tuis det sperum exitum, si tibi expediat est te protegere tanquam tuam, nec facultas illi, nec voluntas quid times? *Habe fiduciam in no ex toto corde tuo*. Si ex toto fac, ut spes totum cor tuum pet, ne locus pateat timori, spe fiet fiducia.

4. Considera ad hoc, ut DEU protegat, modo jam dicto, re peti. videlicet ut illius vivam memoriam. *In omnibus cogita illum*. cogitandum, quod cogitandum, quod assiluat, cogitandum, quod te observet; præ autem renovanda in omni quam quotidie soles facere, tentio illi soli placendi: ita, solus sit finis, propter quem non dicit: *cogita de illo*: sed: *lum*, quia proponere Deum tanquam scopum operis, & sic



in ipso desigere obrutam. Quan-  
 do in omnibus vijs ita cogitabis illum,  
 nihil metue, quia ipse deinde erit om-  
 nes tuos dirigere gressus: *Ipsè diriget*  
*gressus tuos.* noshine, quid sint quoti-  
 dianæ illa opera, quæ facis? sunt toti-  
 den viæ, quod planè formidandum,  
 viæ, quæ sensim te possunt ducere ad  
 infernum, vel ducere ad cælum, *Via*  
*vivæ, & via mortis.* Jer. 21. v. 8. quan-  
 toperere ergo indiges, ut *Dominus diri-*  
*gat gressus tuos.* ne pro eo, quoddad  
 cælum vadas, incautè iter inecas ad in-  
 fernum. hic verò unicus est modus se-  
 curum se præstandi in tanto periculo,  
 commo- renovare intentionem re-  
 ctam, revertere ad DEUM, commen-  
 dare se DEO, habere illum semper  
 præsentem, *cogitare illum.* qui hoc  
 agit, certus sit se non perituum.  
 5. Considera videri tibi admodum  
 difficile id tam continuò præstare, in  
 omnibus vijs: & ego haud negave-  
 rim, id esse difficile. Sed unde nasci-  
 tur difficultas? quia non habes fidu-  
 ciam in Domino ex toto corde tuo. quia  
 non unicè confidis illi, sed etiam tibi:  
*invenis prudentiam tuam.* Si caperes  
 grandem istam veritatem, te ex te ipso  
 nihil posse, sed quovis momento cum  
 omni tua prudentia perituum, nisi  
 DEUS manum porrigat, & te dirigat,  
 an credis te adhuc tantum difficulta-  
 tis habiturum illum quovis etiam mo-  
 mento cogitandi? si nocte viam am-  
 bules ignotam cum summo periculo  
 ad singulos passus raendi in præcep-  
 s, an fortè ullam sentis difficultatem  
 etiam passibus singulis cogitandi du-

cem via perituum, qui te ducat? imò  
 difficilè est non cogitare, etsi noctem  
 totam ambules. Idem accidet, si inti-  
 mè penetres, quantopere indigeas Deo  
 in omni viâ tuâ, hoc est, in omni ope-  
 re, quod te potest, etiam cum minimè  
 cogitas, ducere ad interitum. sed tu  
 hanc indigentiam nondum agnoscis,  
 quia etiam de te confidis, *invenis*  
*prudentiam tuam.* Scis te aliquam con-  
 traxisse facilitatem operandi bene, &  
 hinc tibi fidis. Sed ò quàm superbe!  
 qualiscunque sit facilitas, quam con-  
 traxisti per exercitium virtutum sive  
 insularum, sive aquisitarum, efficere  
 non potest, ut non in omni opere no-  
 vo, quod aggredieris, præsertim si a-  
 licujus momenti fuerit, novà indigeas  
 gratiâ. necesse est, ut DEUS novo a-  
 ctualis auxiliij concursu voluntatè fir-  
 met: id nimirum tibi, quod parvulo ac-  
 cidit, qui, licet totâ horâ priori fortiter  
 sustentatus sit manu Matris, non idcir-  
 co minùs indiget sustentari etiam po-  
 steriore, cum ipse de se nihil possit, nisi  
 cadere. & si rite penetres te quovis mo-  
 mento adeò indigere DEO, qui fieri  
 potest, ut satis tibi sit eum invocasse  
 principio diei, quasi difficile sit illum  
 invocare sæpius? Hoc ergo age, quod  
 tibi dico: *Habe fiduciam in Domino*  
*ex toto corde tuo,* & bene intellige, te  
 per te ipsum aliud non posse, quàm  
 perire, *ne imitaris prudentiam tuam.* &  
 tum promitto tibi, te non amplius  
 tantum habiturum difficultatis  
 ipsum cogitandi etiam in  
*omnibus vijs tuis.*



## S. Antonius de Padua.

*Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre  
suent aqua viva, hoc autem dixit de Spiritu, quem accep-  
turi erant credentes in eum. Joan. 7.*

1. **C**onsidera, quis sit proprius Spiritus Christi fidelium, curare, ut non tantum ipsi sint per se boni, sed fatagere, ut tales etiam sint alij. & ita verum est hos cœlitus accepturos flumina aqua viva, hoc est, aqua sincere, aqua salubris, qua illos inundabit; sed intra se non continebunt, fluere illa sinent etiam ex se in utilitatem proximi. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus sument aqua viva.* ita DEUS ipse pronunciavit, atque ut intelligeres id omnino voluisse inferre, quod dixi, nempe hunc fore Spiritum suorum fidelium, Evangelista subjungit: *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* non quod vox Spiritus hic non exprimat Spiritum sanctum, sed quia Spiritus sanctus est hic ipse Spiritus, de quo loquimur, Spiritus diffundens se ipsum: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*, quia totus est bonitas, totus benignitas, totus amor, & hic est proprius fidelium Spiritus, qui sunt verè Christi, velle auxilium præstare etiam Universo. O te beatum, si hunc Spiritum jam possideas! miserum, si illo careas, quia

deest tibi dos pulcherrima. *Quia* hac igitur occasione in te accendit fiderium illum aquirendi: id est hoc loco à te DEUS poscit, in soli attendas.

2. Considera hæc flumina aqua viva, de quibus hic sermo est, esse Spiritus sancti. Ipse est aqua, quæ dona sunt flumina. Si scire cupias, cur ita vocentur, & non potius seu rivi, triplex causa est, nempe aquarum copiam, impetum, & fluxum denotandum. Primum earum dos est copia, quia non sed pleno alveo effunduntur in flumina. *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum suum.* Jo. 3. v. 34. atque hinc Apostolos omnes die Pentecostæ tantum vitos esse inundatos, sed etiam Altera earum dos est impetus, & fluunt. *Sicut aqua, quæ sument de Libano.* Cant. 4. v. 15, ita non coërceri possint ripis quantumvis mis & altis. nonne recordaris, quomodo Judæos Jerosolymis collectos non potuisse resistere uni Stephano? *Non poterant resistere Spiritui, quæquebat.* Act. 6. v. 11. Tertia est illarum flumina perennitas, quia illarum flumina



harum impetus non est sicut torren-  
tium, qui statim cessat: semper est  
potentior, semper vehementior. & hinc  
dicitur esse flumina aquae vivae. Flu-  
mina de ventre eius fluent aqua viva,  
quae non sunt flumina aquae deficien-  
tis. *Eris sicut fons aquarum, cuius  
non deficient aquae.* M. 18. v. 11. Omnes illi  
fideles, qui ista in se habent venam,  
deo habent, quia in se habent venam,  
unde illa scaturiunt. habent Spiritum  
sanctum, de quo scribitur: *sit in eis  
fons aquae salientis in vitam aeternam.*  
Joh. 4. & quamdiu hanc venam in se  
habent, non est, quod timeant defe-  
ctum aquae. & ubi, quae so, reperies  
flumina his similia? ista sunt apta, ut  
virtute sua te deportent usque ad Pa-  
radisum, in vitam aeternam. Omnes alii  
fluvii deorsum fluunt. isti vero deor-  
sum simul & sursum. deorsum quidem,  
quatenus per actionem eos quarunt,  
qui versantur in terra: sursum vero,  
quatenus per contemplationem illis se-  
nuerunt, qui in caelo habitant. & ta-  
men ex eodem fonte promanant: quia  
tam dona, quae ad vitam pertinent a-  
eternam, quam quae spectant ad con-  
templativam, ab eodem procedunt  
Spiritu, qui ea dispensat, ut vult: *Hac  
omnia operatur unus, atque idem Spiritus,  
dividens singulis, prout vult.* 1. Cor. 12. 12.

3. Considera Spiritum sanctum non  
dare haec flumina, qualiacunque sunt,  
tam copiosa, violenta, perpetua,  
ut ea in sinu tuo abscondas. dat illa  
tibi, ut in utilitatem proximi transfun-  
das. Ideo non adducitur pro signo ve-

re sequentis Christum influxus gratia,  
quem facit Spiritus, sed refluxus, qui  
inde recipiat. non dicitur: *Flumina  
in ventrem eius fluent aqua viva.* sed:  
*flumina de ventre eius fluent,* oportet  
ergo non solum esse per se bonum, sed  
etiam procurare, ut sint alii. non exem-  
plo duntaxat, quod necessarium praeced-  
dit, sed insuper lingua, exhortando ad  
bonum, confortando, suadendo, ad-  
monendo, & si fueris idoneus, etiam  
calamo, ita, ut ipsa contemplatio, cui  
das operam, conducatur actioni. *De-  
riventur fontes tui foras, & in plateis  
aguas tuas divide.* Prov. 5. v. 15. & haec  
videtur esse scriptura, quam hic Domi-  
nus allegavit, quin ulterius exprimat,  
qualis illa sit. Qui credit in me, sicut  
dicit Scriptura, *flumina de ventre eius  
fluent, aqua.* Quidam existimabant  
verba ista sicut dicit Scriptura referen-  
da esse ad precedentia: *qui credit in  
me: ceu dicat Dominus: Qui credit  
in me, sicut scriptura dicit esse credendum.*  
sed hic sensus satis est frigidus. rectius  
verba illa ad sequentia referuntur:  
*flumina de ventre eius fluent aqua viva:*  
& sic non invenitur in tota scriptura  
testimonium aptius ad sensum Christi,  
quam locus ille pulcherrimus Prover-  
biorum. Ecce, quid velit Dominus,  
cum tibi praecipit, ut ex te fluere sinas  
ad utilitatem aliorum omnia illa do-  
na, quae caelitus accepisti. Vult a te  
adimpleri documentum sapientis,  
cum dixit: *Deriventur fontes tui foras,  
& in plateis aquas tuas divide.* an non  
vides, quanta hominum turba inveni-



atque in plateis egentissima omnis generis auxiliorum spiritualium? Rudes pueri, Usurarii, Vindictæ cupidi, Lascivi, Mulieres vana. itaque ne omitas opem prestare singulis, quantum potes dividendo aquas, imitatione Apostolorum, pro cuiuslibet necessitate. *Dividebant singulis, prout cuique opus erat.* Act. 4. v. 36. Quod si fatigare debeas, ut illa fluat in plateis, hoc est, iis, cum quibus nulla tibi necessitudo, quanto magis domi tuæ familiaribus, filiis, fratribus, famulis, & ut verbo dicam, omnibus, quorum specialis cura tibi demandata est. & tamen si bene discutias te ipsum, videbis, quam parum caeres tibi cordi sit.

4. Considera hæc flumina, quæ in aliorum utilitatem derivantur, debere, ut ait Dominus, è sinu prodire. *Flumina de ventre eius fluent aqua viva.* non ait de ore, sed de ventre. quia nisi de ventre manent, parùm proderit illa profuere ab ore. *Cor sapientis erudiet os eius.* Prov. 16. v. 23. sunt nonnulli, qui non solum privatim exhortantur, confirmant, aut consulunt, sed publicè concionantur, & tamen nullum in alijs faciunt profectum. quare? quia dona, quæ prædicando exercent, non sunt flumina hæcenus recensita, cum tres istæ dotes illis desint. non inundant corda ubertate gratiæ, quia tam sicca & arida relinquunt, quam prius erant. non habent impetum, quia non movent quidquam, non evertunt, non depeiciunt, non adimunt vitio vires

suas. & demum citò exsiccentur ab ipsis non fluunt motu spontaneo, sed solum per impulsum vane laqueatus, vel alterius rationi. Oportet igitur in sinu habere, & tunc erunt flumina, quæ ab ore manant, aliàs solum erunt aquæ tina. *Siccitas super aquas ejus erit, rescent.* Jer. 50. v. 38.

5. Considera, quid agere oportet, ut obtineas hunc fontem in ventre nempe ad eum recipiendum et tenere. Unde scribit Evangelista *autem dixit de Spiritu, quem cum erant credentes in eum.* Spiritus tibi nulli fuit unquam obvium, ut velis necesse est. *Spiritus sanctum.* Jo. 20. v. 22. quis credat te velle, si nullam earum dispositionum, quæ ad recipiendum sunt necessariæ, istæ dispositiones? hæc ipse, qui usi sunt Apostoli, nempe de illis, postulare, & recedere a creatio rerum creatarum, quæ contra ita occupant, ut non relinquunt Spiritui Domini, qui certe plenus se illi non infundet, nisi totum *Spiritus Domini veplevit totum in ubi erant sedentes.* Act. 2. v. 2. quam alia quoque est ratio, cur Spiritum non recipias, hæc ipse dicit, quia aliorum obsequio recumbis. Cura totum te distinetati proximi ex puro zelo Glorivina, prout fecit Magnus ille de toto genere humano tam benedictus, Antonius Paduanus, & pene



quod in copiose in te quoque descensura  
sunt illa flumina, quorum vix nomen  
intelligis, ipse vero tantam sensit effi-  
cacia. O quanta fuit ejus ubertas  
donorum! quanta vis, & perennitas!  
quod totus in ipsum transfusus erat

cum gratia sua Spiritus Domini? nempe  
quia Dives iste credebatur se non fuisse  
soli sed toti mundo natum, erga  
quem non cessat esse be-  
neficus.

\* \* \*

## XIV.

*Si vos cum sitis mali, nōstis bona dare filiis vestris, quando ma-  
gis Pater vester de caelo dabit Spiritum bonum petentibus se?*  
Luc. 11. v. 13.

Considera unam esse de maximis  
injuriis, quas facere DEO tuo  
possis, si questus fueris te ab illo non  
erandū. liquidem ille pronior est ad  
dandū, quā tu ad recipiendū,  
modo ad petas, quod tibi pro-  
ficat. *Præcipiat qui se concipiscunt.* Sap. 6. v. 14.  
Jam vero ad vindicandū se ipsum de  
tanta calumnia, quā illi irrogas, ecce  
quosque se demittat tanta Majestas!  
Tribunal tuum appellat, & ideo aliud  
non petit, quā ut cor ipsius æstimes  
ex tuo. an esse potes tam crudus, ut  
unū filiorum id neges, quod à te postu-  
lat, si scias hoc illi profuturum? quā  
ergo ratione suspicari potes id DEUM  
tibi negaturum? Hoc argumentum  
maximū est roboris, quia *Ad hominem*,  
ut vocant; ideo mox dicit: *si vos*, aliū  
non petens Judicem, quā te ipsum,  
sui accusatorem. & o quanta deberet  
hanc argumento ineffe vis ad dissipan-  
das omnes nebulas pusillanimitatis,  
hesitationis, diffidentiae, si id intime  
penetraret, adeo omnia ejus verba

stringunt arguendo à *minori ad majus*,  
id est, à Patribus terrenis ad caelestem,  
*si vos*, quando magis Pater vester de  
caelo.

2. Considera primò dicere Domi-  
num: *cum sitis mali*, id est, maligni, &  
propensi ad negandū, ad nocendū,  
ideo dicit: *cum sitis*, ponendo hanc  
veritatem, non probando, quia loquitur  
de propensione natura. malum  
non debet præsumi de ullo hominum,  
nisi ejus dederit indicium, at inclina-  
tio ad malum præsumi potest in omni-  
bus. & hoc proposito agebat Christus:  
*Estote prudentes, sicut serpentes, & sim-  
plices sicut columbae.* volebat nos esse  
similes Columbis bene judicando de  
omnibus: sed & serpentibus nobis  
ab illis cavendo: *Cavete autem ab  
hominibus.* Marc. 10. v. 17. non à ma-  
lis duntaxat, sed ab omnibus: *ab ho-  
minibus.* quia sicut cuncti sunt homi-  
nes, ita pariter sunt proni ad malum,  
quantum scilicet sufficit ad cavendū,  
quod si verum est, uti est verissi-  
mum,



num, facile advertis, quanta in casu nostro vis in sit argumento Christi. quippe si quis naturam suam propensus ad malum, qualis tu es, quando negotium illi est cum filiis, eam inclinationem coercet, cogit, superat, adeo ut non modo male illis non faciat, sed bene; quid DEUS faciet, qui ut talis aliam inclinationem habere nequit, nisi omnes juvandi? & ecce id, quod primo stabilendam erat, velle DEUM tibi facere bene.

3. Considera, illico adjungi: *nostris*, non ait, *datis*, sed *nostris dare*. quia filius nemo facit bene casu fortuito, sed cum consilio. imò adeo hæc doctrina est indita nature, ut non contingat illam disci, sed sciri ab omnibus. an non vides eam etiam assequi bruta animalia? Aspice aquilas, columbas, canes, ipsasque tygrides, quid non agunt in commodum prolis? quare? quia benefacere propriæ soboli est scientia universalis, quæ non addiscitur, non acquiritur, sed in corde nascitur ejusque per instinctum insitum à natura. Itaque si homo cetera stolidus instar bruti, novit tamen benefacere filiis, solum quia DEUS intimum illi dedit instinctum benefaciendi, quanto magis DEUS ipse author talis instinctus? & ecce stabilitum quoque alterum, nempe DEUM non solum velle, sed & nosse tibi benefacere.

4. Considera cum potè dicere non *bona* absolute sed *bona data*, vel accepta ab alio: quia homo pauperimus est, nihil ex se, totum habet à DEO. necesse est, ut, etsi summo studio pro-

curer, labore, & quandoque dolore maximo: *In sudore vultus feceris panem tuo*, ori suo aliquando ducat panem, ut eum largiatur quid ergo DEUS faciet, qui possidet, & si dederit, dici non potest sed propria? in se fontem eorum, quæ dat: & sic quæcumque dederit, nihil perdit. *Deus in misericordia*. & ecce præstabilitum, DEUM non tantum nosse sed & posse dare facilitatem, quo posito quid times? potest, & scit, & vult benefacere quidquid desiderari potest tuendum beneficium.

5. Considera eum dicere: *nostris*, non purè *filij*, sed *nostris*, hæc sit adjunctum diminutivum filij hominum longè minus in respectu hominum quam in respectu DEI. clarius hoc edisseram, videri sic illud esse, quod homo solum dat materiale, quod munus est carnis, dat musculos, ossa, dat omne id, quod ad formam corpus pertinet, sed non dat animam hæc tota à DEO est, citra medium ideo ipse potius eorum pater est. *Patrem nostris vobis vocare superius unus est enim Pater vester*, quæ est. at si ipse magis est Pater, quomodo amare minus potest? Pater minus non est nisi unius tantum pater, & ideo si perfectè non amaret esse non debet: at *Carolus* ter est pater totius *Pater vester* dat animam ut causa unica, & ut causa primaria. Itaque *Carolus*



per amare magis debet, quam terrenus. Adde, quod Pater terrenus solum sit naturalis, Cœlestis verò naturalis simul & supernaturalis, quia est Pater tam in ordine naturæ, quam in ordine gratiæ. quanto igitur magis convenit amare illos, quos ad sortem filiorum excultat tam gloriosam, tam splendidam, & sublimem? & si magis eos amat, quis dubitet magis fore benevolum in eis audiendis?

6. Considera dici: *Pater de celo*: qui non solum est *Pater in celo*, sed *Pater de celo*. *Pater in celo DEVS*, & *Pater de celo DEVS*. dicitur *Pater de celo* intuitu beatitudinis, quam dat illis, quos sursum vocavit in Regnum suum. dicitur *Pater de celo* intuitu bonorum, quæ inde transmittit illis, qui hæc remanent deorsum. Ideo sive in celo, sive de celo, ut voles, Pater erit longè beneficentior patribus, qui sunt in terrâ. quia qui beatus existit, aliâ re nullâ gaudere magis potest, quam quod & alios faciat beatos. quemadmodum Nilus si abundet, ut etiam exundet necesse est; at è contrario, qui non modò beatus non est, sed miser, & miserabilis potius imitar exigui fluviole pro se ipso retinere vult illud paululum boni, quod habet, quam dare alteri. & tamen terrenus pater non tenet, sed dat lubens proprijs filijs: quid igitur faciet cœlestis?

7. Considera, quòd dicat *Petentibus*, quia Pater terrenus ita est affectus ad filios, ut bene illis faciat, etiam cum non petunt. eorum necessitates divinat, providet, prævertit, & tu credes

Cœlestem id non facturum etiam rogatum? imò nulla lingua exponere satis potest, quanta sint beneficia, quæ DEUS præstat hominibus, quando illi neque ea se accipere advertunt, quando illum offendunt, quando injuriâ afficiunt, & adeò tractant malè: id quod nullus in terrâ pater facit. *Solem suum facit oriri super bonos & malos*. Cogita nunc, fierine possit, ut illis non beneficiat, cum ad eum supplices accedunt? *Quis invocavit, & despoxit illum?* Eccli. 1. v. 12.

8. Considera his perpensis rationibus dubium non esse, quin illi facias injuriam, cum quereris te à DEO non exaudiri. quia penes ipsum culpa esse non potest. tua est culpa; & ideo omnibus querelis te ipsum accusa, quòd non petas à DEO, quod tibi proffit. *Spiritus bonus*. hic solus est, quem DEUS date tibi tenetur tanquam Pater amantissimus: aliud si daret, jam non esset Pater. & quis est Spiritus hic bonus? non ignoras. Spiritus est, qui afflatu benigno evehere te debet ad portum Paradisi. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*. Pl. 142. v. 10. Spiritus charitatis, Spiritus humilitatis, Spiritus obedientiæ, Spiritus pietatis, & ita de ceteris loquendo. verbo debet esse Spiritus similis illi Patris tui Cœlestis, qui est *unicus & multiplex*. Sap. 7. v. 22. *unicus* in substantiâ, *multiplex* in attributis. hunc solum si petas, dandum tibi ne dubita. alia si postules, uti sunt terrena bona, dabit tibi, sed solum quatenus ad hunc conferunt. Dixi dandum tibi, quia

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima*.

Bbb ita



ita ipse pronunciat: *Quanto magis Pater vester de caelo dabit Spiritum bonum, petentibus se.* non dicit: *dat, sed dabit.* ut significet, si non quamprimum accipias, non idcirco putandum te esse neglectum, quia vult Dominus ut pergas postulare, ut perseveres, ut persistas: *Orationi instare.* Coloss. 4. v. 2. solus ipse novit tempus opportunum, quo spirare faciat Spiritum faventem, sed esto securus, si non *dat, dabit* denique, non morieris, quin prius obtineas Spiritum, quem constantiter petis, *Spiritum bonum.* imò fieri potest, ut forte consecutus jam sis, nec advertas, quam ob causam? ob hanc ipsam, quia Spiritus est, an nescis Spiritum rem esse occultam, invisibilem, imperceptibilem: *Nescis, unde veniat,*

*aut quò vadat.* Jo. 3. si cognoveris se dederit, cognoveris, si cognoveris subtrahat, quantumvis te quaeris assequeris. Quoties acciderit, ut exaudiaris, & tamen non datur veritas? Quidquid sit, considerabo, si Pater est, & talis Pater, & disciplinatus, fieri nequit, ut in supplices, ideo de ipso non daturus: *nescis dare,* sicut dixit de his: *nescis dare,* sed dixit: *dabit* inter homines nolle dare, quod est, & dare res sunt oppido dantur, sed non dant. In Deo idem planè est, semper datur, quod novit.



## XV.

*Habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus, qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in multa desideria inutilia & nociva, quae capiunt homines in interitum & perditionem.* 1. Timothei vers. 8.

1. **C**onsidera humanam felicitatem, si bene perpendas, in eo consistere, quòd possis vivere plènè contentus eo solo, quòd sustentationi necessarium fit, quia quisquis secundum necessitatem vivit, semper est dives; qui secundum voluptatem, semper mendicus. Et haec felicitas adeò est manifesta, ut ab ipsis gentilibus sit agnita, laudata, desiderata, sed non ideo

obtentata. Eorum affectus nimis inordinati, & ideo etiam inordinati, quòd est melius, nempe secundum necessitatem vivere, faciebant, quòd deterius, & ita secundum voluptatem vivebant. Ad Christum perierunt omne genus felicitatis inferre, sive humana foret, sive Divina. Et circo vides post ejus adventum esse numeros, qui ad imitationem



non solum vivat secundum necessitatem, sed secundum mortificationem, eo contenti, quod vix sufficiat potius ad mortem vitandam, quam vitam conservandam. si tu esse non possis ex numero eorum, qui sunt tam perfecti, et saltem ex iis, qui potius ex necessitate quam voluptate vivunt. & sic amplexate documentum, quod hic præbet Apostolus, dum ait: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Duo sunt homini ad vitam necessariæ, quædam serviunt ad ea averrenda, quæ intus possunt corrumpere, & talia sunt *Alimenta*, alia ad arcendas, quæ possunt corrumpere bonis, & talia sunt ea, quibus tegimur, sive tegantur vestes, sive tegantur domus. & idcirco non dixit Apostolus, *quibus induamur*, quia id solum non sufficit, sed *quibus tegamur*. Ceterum *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus*, quia felices essemus, si his essemus contenti, saltem non essemus subiecti tot malis, quibus illi sunt obnoxii, qui dum juxta suas volunt vivere cupiditates, nunquam satis sunt divites, & ideo semper *volunt divites fieri*, quia, ut fiant, semper est necesse.

1. Considera, si fueris immunis à malo illorum, qui volunt divites fieri, tere fore immunem à malorum maximo, quod invenitur in terrâ, scilicet à manifestissimo periculo damnationis. Periculum damnationis duplici ex capite procedit, ab hoste scilicet interno, & ab hoste externo. Externus est Dæmon, internus propria Concupiscen-

tia. Jam si dives fieri allabores, uterque vires in te maximas acquirit, quia quod ad dæmonem attinet, imprimis facillimum erit, ut te capiat: & ubi te ceperit, facillimum erit, ut te retineat, quo detentus accidere nihil tibi potest, respectu ipsius. facillimum erit, ut te capiat, quia mille offert occasiones lucri illiciti, quo te velut esca aviculam alliciat. & erit facillimum, ut te retineat, quia ubi inescaverit, non erit amplius tenendi labor, prout in avibus contingere videmus. ipse noles effugere, quia debitam noles facere restitutionem. & idcirco dicit Apostolus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. non in tentationes, sed in tentationem*, quia unum tantum est, quo tentare Diabolus illos debeat, nempe ut pecuniam accipiant male partam. ad eos retinendos nulla opus est tentatione. illa ipsa pecunia, quæ primò fuit, instar esca, tentatio ob alliciendi virtutem, deinde fit laqueus ob vim tenendi. quod si ita est, numquid actum de te est, quantum est ex parte dæmonis? Quoad Concupiscentiam, quæ erat aliter hostis, de quo diximus, nempe internus, facillimum est, ut ita quoque te captivet, quia tot brachiis tenebit, quot sunt desideria non tantum inutilia, sed nociva. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in multa desideria inutilia & nociva.* Habent ergo ista desideria tres pessimas condiciones, quod sint multa, quod sint inutilia, & quod nociva. sunt multa, quia qui habet pecuniam,







non sit necesse illas querere, ultro  
passim occurrunt. & tot si fuerint,  
quomodo ab omnibus te servabis?  
ergo optimum sequi consilium,  
quod à Apostolo suggerit, hoc est con-  
tentum esse necessarium, non querere  
servituta voluptati. *Habentes alimen-  
ta, & quibus regamur, his contenti su-  
mus.* Quod si hoc ipsum consilium  
nimis videri rigidum, etsi plurimis,  
qui secundum mortificationem vi-  
vunt, nimium indulgere videatur:  
sic age: contentus esto statu, in quo  
DEUS te posuit; noli illum augere,  
noli extollere, quia in eo versatur  
periculi maxima. ideo fortassis  
non dixit Apostolus: *Qui divites sunt,  
modum in tentationem &c.* sed, *qui  
volunt divites fieri.* quia periculum  
gravissimum non est esse divitem  
(quamvis id quoque grave sit: *Si di-  
ves fueris, non eris immunis à delicto.*  
Ecclesiasticus. 11. v. 10.) Sed velle fieri divitem.  
Idcirco contentus esto his, quæ DEUS  
tibi dedit: *sunt mores sine avaritiâ,  
contenti presentibus.* Hebræorum. 13. hoc est  
esse contentum presentibus, conten-  
tum esse proprio statu. Si DEUS ju-  
dicasset profuturum tibi statum ma-  
gis floridum, magis opulentum, an  
eare illum non potuisset? Doctrina  
valde probabilis est, DEUM conce-  
dere Electis, quidquid opum ad salu-  
tem illis prodest. Unde scriptum est:  
*Divites, illi scilicet, de quibus hoc lo-*

co Apostolus loquitur, *eguerunt, &  
esurierunt.* *eguerunt*, quia nunquam  
se divites reputabant: & *esurierunt*,  
quia ditescere semper desiderabant.  
*Inquirentes autem Dominum*, hoc est,  
electi, non minuentur omni bono. Psalms.  
v. 11. non ait *omni re*, sed *omni bono*,  
quia DEUS istis tantum largitur o-  
pum, quantum illis habere bonum est,  
hoc est, quantum videt illis profutu-  
rum ad obtinendum DEUM, quem  
inquirunt, ad obtinendam ejus gra-  
tiam, ad obtinendam gloriam, & feli-  
citatem æternam. Hæ divitiæ veris-  
simum illorum bonum sunt, si non in  
ratione finis, certe in ratione mediæ,  
& ideo dat DEUS. Amplius autem  
dare renuit, quia id non foret tunc  
bonum, sed malum, imò malum gra-  
vissimum. Sine ergo DEUM de te  
pro libitu disponere: sic enim ipsum  
potius quæres, quam te: *Inquires  
Dominum, non inquirens te ipsum.* &  
consequenter certissimus eris nihil o-  
mnino tibi defuturum, quod verè sit  
bonum. *Non minueris omni bono.*  
Nonne, ut desint alia, verosimilius est  
secundum omnes regulas etiam huma-  
nas meliorem tibi esse eum statum, in  
quo DEUS te posuit, quam illum, ad  
quem ipse arbitrato tuo aspiras. *Quæ  
confidit in cogitationibus suis, impie  
agit.* Prov. 12. v. 2. quia gravibus  
sele erroribus ex-  
ponit.



*Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati.* Joan. 8.

1. **C**onsidera vocem Peccati geminos in Divinis scripturis habere sensus. Aliquando actum significat peccaminosum, qui committitur, & aliquando potentiam rationi repugnantem, quæ ad actum inducit. & hoc sensu sapius loquebatur Apostolus, cum dixit: *Si autem, quod nolo, illud facio; Jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Rom. 7. 17. Jam verò sapientissimè agebat Christus: *qui facit peccatum, servus est peccati.* quia qui facit peccatum, ex libero fit servus propriæ obsequendo Concupiscentiæ, illi scilicet parti animæ, cujus est obedire: *servus est peccati.* nonne hæc est monstruosa perversio? eam removere cupiebat Apostolus, cum exclamavit: *Non ergo regnet peccatum, in vestro mortali corpore.* Rom. 6. Sed quàm parùm obtinuit? & tamen non dixit: *non sit peccatum in vestro mortali corpore, sed non regnet.* quippe sciebat probè, dum fuerit corpus nostrum mortale, non posse nos inde proscribere Concupiscentiam, ita ut in eo non habitet. at si proscribere non possumus, saltem facere possumus, ut non regnet, & verò etiam debemus, quia hæc est prima inordinatio, ob quam dixit sapiens universam terram perturbatam iri per servum, cum regnaverit. Prov. 30. 20.

2. Considera eum, qui peccatum non solum servare proprie cupiscentiæ, sed fieri, imò esse illius, sicut victus est servus noster, unde Christo non sufficit dicere: *facit peccatum, servus peccati.* sed cit: *servus est.* quoniam illi a quo quis superatus est, inquit ad propositum nostrum, a quo superatus est, hujus & servus est. Pet. 2. v. 19. quidquid agas, nunquam excuties servitutem meam, si quando in illam opus est Gratiæ Divinæ. & qui opus est gratiæ, quam DELUS lo modo tenetur, hoc est effugiat. *Dominus vester, qui confregit cervicium vestrarum, ut non regis.* Lev. 26. 13. quo possumus gabis in tali statu te verè esse servum?

3. Considera non modò fieri posse, ut teipso excutias servitutem miseram, sed necesse esse, etiam semper magis aggravare deolo eundo in deterius. Proprium est peccatoris, nisi in promptu auxiliium Gratiæ, aliud agere non potest, quàm cumulare peccata. *Peccata faciet ad peccandum.* Eccl. 7. v. 20. tum verò quid sequitur. Sequitur vitutem transire in Mancipatum. quid audisti dici de multis, qui sint venundati, ut faciant malum?



Mac. 1. 16. qui sunt isti: sunt illi, qui mali consuetudinem traxerunt. Sunt quidam adeo dati in peccata sua Concupiscentia, ut non habeant amplius vires resistendi. imò si illa instigare delectant, quid faciunt miser? ipsi eam ad instigandum urgent: *Concupierunt concupiscentiam.* Pl. 105. v. 14. eam excitant, stimulant, sectantur: *abierunt post pravitatem cordis sui.* Jer. 9. v. 14. volendo peccare, eam non possunt. *Ut inique agerent laboraverunt.* Jer. 9. v. 14. & ideo quam bene dixit Dominus: *Qui faci peccatum, servus est peccati,* quis qui peccat, non solum ipse per se est servus inordinatae Concupiscentia, sed etiam mancipium. *Carnalis est mundatus sub peccato.* Rom. 7. v. 14. & ideo semper de malo declinat in pejus.

4. Considera, quanta sit infelicitas hominis, qui deducitur ad hunc statum. Satis sit dicere: *Servus est,* atque adeo destitutus omni genere boni, Honesti, Utilis, Delectabilis. Boni Honesti, quia maxima, quae inter inventa possit, ignobilitas est mancipatus: *Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.* ajebat moesta Jerosolyma, cum videret se servituti subiectam. Thr. 2. v. 11. Boni Utilis, quia mancipium naturam suam non habet dominium rei cujusquam, nec sui quidem, & ita laborandum illi est absque lucro. *Servus inimico tuo in omni penuria.* Deut. 28. v. 48. Boni delectabilis, quia vita ejus aliud non est, quam in laboribus versari & verbibus, prout Hebraei sub Pharaone

accidit: *flagellatique sunt ab exactoribus Pharaonis dicentibus: quare non impletis mensuram laterum, sicut prius, nec heri, nec hodie?* Exod. 5. v. 14. nunc bene considera, & videbis, talem omnino esse statum peccatoris, imò longè deteriorem. Primò, quia servus tantò vilior est, quantò vilior est dominus, cui subest. quem autem habere potest homo dominum viliorum quam propriam Concupiscentiam? hoc enim est servire bruto, hoc est illi parti, quam habet in se homo brutis similem. *Carnalibus desiderijs.* 1. Pet. 2. v. 11. Secundo quia servus fidelitate, quam praestat Domino, sperare potest aliquando consequi libertatem, prout Josepho, Esdrae, Danieli accidit. at peccator, quantò fidelius suae servituti Concupiscentiae, tantò securior est retinendae servitutis, & ita aliud lucrari nequit praeter catenas, quae magno opere illum premant: *servus inimico tuo in omni penuria,* prout antè dicebam. & hoc tamen nihil est. nam deinde quid erit? *Et ponet jugum servituti super cervicem, donec te conterat.* Deut. 28. v. 48. Tertiò, quia servus, cum patitur quoad corpus, potest denique auxilio virtutis, quae nulli subjacet servituti, gaudere animo. at peccator longè plus animo quam corpore patitur. quia à sua mala conscientia aliud continuò non recipit, nisi exprobrationes, reprehensiones, flagella. *Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te.* Jer. 2. 19. Cuicumque peccato insunt duo, Aversio à bono, & conversio ad malum: & haec sunt duae



dux crudelissima furia, qua certant in eo flagellando, qui peccat. Vide igitur, verumne sit peccatum esse servum seu mancipium: *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Siqui-

dem ille non duntaxat est servus fervorum miserabilis, qui non possit in terra, servus non quod servus, sed animam: *Anima captivitate ibi.* If. 46. v. 1.

## XVII.

*Siquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini JESU Christi, & ei, qua secundum pietatem est, doctrina perbus est, nihil sciens, sed languens circa questiones, & nas verborum.* 1. Tim. 6.

1. **C**onsidera, qui sint illi, de quibus merito dici possit: *Non acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri JESU Christi, & ei, qua secundum pietatem est, doctrina.* An Infideles: ne utique. quia hi non solum non acquiescunt illi, quod Christus docuit, sed etiam aperte repugnant, *aliter docent.* Illi, qui, proprie loquendo, non acquiescunt, sunt infideles, quos mundi vocamus: porro hos inter, si rite perpendas, maxime sunt, qui offensi credunt integrè resarciri non posse honorem læsum; nisi per vindictam. non reperies rem aliam magis, in qua fideles Christi non acquiescunt ejus doctrinæ, quam istam de dandâ veniâ. quia multis quidem alijs in rebus discedunt à Doctrinâ ipsius, sed voluntate potius quam intellectu. & ideo non acquiescunt voluntate iis, quæ Christus docuit, quia dura putant: acquiescunt tamen intellectu, quia nihilominus reputant honesta. at in eo puncto, quod diximus, asserendi honoris nec volun-

tate acquiescunt, nec intellectu absolute non acquiescunt, quantum durum esse judicant sed non obedire Christo. nec juvat, quod tendunt, dum dicunt, id se non infame juxta mundi sensum. quis iste est mundus? vel mundus fidelis, vel infidelis. Si fidelis habere sensum non potest, quantum haberet contrarium sensum Christi, & sic foret infidelis. cunquæ Christo credit, illi parum dendum est, ignoscere actum esse nefissimum. numquid enim illud hoc esse fieri DEI Filium? *Inimicos vestros, & eritis filij.* Luc. 6. Dixit ergo ignoscere actum esse summæ gloriæ. quod mundus sit infidelis, quod per excusationi suæ pretendere mundi nec sequi illum possunt, nec quantur, ostendere. ah! quid committunt actum infidelitatis sum. quia quisquis fidelis est, non onus istud, sine omni spe dispen-



nis, impositum; neque potest tenere opinionem contrariam sententiae Christi, neque fingere, quod teneat. & hinc non solum tenere fingunt, sed & profitentur. Vide ergo an non vera misera sit istorum conditio, qui putant infame esse, nisi se vindicent. Non acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri JESU Christi. Et ei, quae secundum pietatem est, doctrina. param idest, quin sint infideles. Unde videtur confluxisse Apostolum eos, qui non acquiescunt, cum his, qui aliter docent, quia inter illos differentia est, adeo est exigua, ut potius nulla dicenda sit. Quasi scelus idololatria est nolle acquiescere. 1. Reg. 15. v. 21. quanquam isti quoque nimium quantum aliter docent, quia internum errorem lingua produnt quotidie. hunc scripto sustinent, typo, imò & ferro tuentur. Lege tantisper illorum schedas provocatorias, & illico eorum sensus perspicies. an non istud est etiam transgredi limites eorum, qui non acquiescunt? hoc enim verò est non jam suspectum esse de infidelitate sed convictum.

1. Considera eorum infidelitatem tantò esse feodiorem, quanto pulchrior est doctrina, cui contradicunt. & quam ista? doctrina est piissima. nam si ulla alia, haec certe doctrina Christi de condotando ex omni capite est secundum pietatem. Pietas duo respicit, primò DEUM, deinde proximum. DEUM ut Patrem, proximum ut fratrem. DEO vult exhiberi cultum, proximo charitatem. & hoc est, quod ratio doctrina mirificè adimplet. pri-

R. P. Pauli Segneri *Manna Animae.*

mo cultum suum DEO servat, quia DEO tanquam Patri vult permitti, ut castiget filios errantes: *Mea est ultio, & ego retribuam in tempore.* Deut. 32. v. 25. Secundò servat proximo charitatem illam summam, quae quidem illi exhiberi tanquam fratri possit, reddendo bonum pro malo. & ideo manifestum est, si omnis doctrina Christi pia est, hanc esse piissimam. sed est, quod praeterea perpendamus. nam quo loco Evangelij istam tradidit doctrinam? tradidit in sermonibus, quos in monte fecit, sermonibus eximjis, sermonibus excelsis, ita est, maximè verò sermonibus sanis, quia praecipue erant ordinati ad persanandas plagas, quas humanum genus contraxit in geminis facultatibus Irascibili & Còcupiscibili: & ideo continènt saluberrimos aphorismos, qui uaquam exiverint de ore Christi. Unde, cum consummasset omnia verba haec, concludit Evangelista, admirabantur turba super doctrinam ejus. Mat. 7. v. 28. & huic doctrinae tam pie data à Christo; his sermonibus tam salutaribus non acquiescunt, qui tam impudenter impugnant legem ignoscendi. fortè plus habet pietatis doctrina vindicta, quae adeo impietatis est plena, impietatis erga DEUM, impietatis erga proximum? aut fortè saniores sunt omni alià ex parte discursus illi, quos habent, qui ejusmodi doctrinam profitentur? Imò verò discursus sunt maximè insani, quia eò deducunt hominem, ut instar bestiae procedat. Sani sunt sermones JESU Christi: *Iusti sunt omnes ser-*

Ccc *mones*







4. Potro talis est omnino status  
horum miserorum. Id nesciunt, quod  
nisi scire necessarium est, & ideo  
quid faciunt?

4. Considera, quam bene demique  
concludat Apostolus, cum ait de quo-  
vis eorum, de quibus locuti sumus;  
*superbus est, nihil sciens, sed languens*  
*circa questiones, & pugnas verborum.*  
quia si intellectus est tam infirmi, ut  
dicimus, utique est *Languens.* Homo  
*superbus, & exigui temporis, & minor*  
*ad intellectum iudicij & legum.* Sap. 9.  
v. 6. Sed visu mirabile est, circa quid  
hi languidi sese occupent. *Circa*  
*questiones & pugnas verborum.* *Qua-*  
*estiones* sunt controversiæ, quas habent  
de rebus, & quæ demum ad duo ca-  
pita reducuntur, ad honorem, & fa-  
cultates. *Pugna verborum* sunt li-  
tres de titulis. ob res tantillas ecce  
quam intellectu sunt languidi, ut a-  
liquando ad mutuas caedes proruant.  
Hæc sunt argumenta provocationum,  
quas faciunt, certaminum, duello-  
rum. Hinc nota, quam bene prio-  
res illæ, *questiones* appellantur, nam ijs  
controversijs, quibus pro honore, &  
facultatibus dimicant, & quibus  
felicitatem quarunt, sed semper qua-  
runt, quia ad eam nunquam pertin-  
gunt: *quarunt, & non inveniunt.*  
perinde, ac quibusdam inscientijs ac-  
cidit, qui non nisi questiones movent,  
& nihil unquam concludunt: *semper discer-  
tis, & nunquam ad scientiam veritatis*  
*perveniunt.* 2. Tim. 3. Posteriores  
verò vocantur *pugna verborum*, quia  
sunt meræ disputationes, ut ajunt, de

nomine, & ideo non tam questiones  
quam contentiones existunt; pro va-  
no titulo integrum impenderent do-  
minium, si necesse foret. & tamen  
cum hunc titulum obtinent, dic quæ-  
so, quid habent? nihil plane. *Qui*  
*santum verba sectatur, nihil habebit.*  
Prov. 19. numquid hæc est incredibili-  
lis imbecillitas intellectus? De his  
miseris agere tecum volui, ut si forte  
malo tuo unus eorum sis, providere ti-  
bi satagas, relinquendo vanas hæc  
mundi minutias. Esto sanè Eques,  
sed Eques Christianus. cum ergo te  
quis provocat, respondere non dubi-  
ta, prout faciunt alij pares tibi viri  
sapientes: ego neminem offendo, sed  
me ipsum defendo: vado continuo  
accinctus gladio, quisquis me aggre-  
ditur, sentiet eum in se stringi posse.  
Hoc responsum non est contrarium  
doctrinæ Christi, aliâ verò ex parte  
plurquam satis tuetur omnem hono-  
rem humanum. *Honor est homini,*  
*qui separat se à contentionibus.* Prov.  
20. v. 3. Quod si ex eorum numero  
non sis, agere de eo volui, ne illorum  
invidiâ, ut fieri forsan possit, sed com-  
miseratione potius tangaris, confide-  
rans, quam sint miseri, qui elegerunt  
servire Mundo. DEUM ardentè  
precare, ut eos illuminet. Vide enim,  
quò sint deducti. Christiani sunt, &  
tamen non acquiescunt sanis sermonibus  
Domini nostri IESU Christi, & ei, quæ  
secundum pietatem est, doctrina. imò  
aliquando aliter docent etiam ipsi, quasi  
essent inimici Christi. & ideo quis ex-  
plicet.



placet, quàm formidabilis sit pœna, quæ illis imminet? *His, qui sunt in contentione*, uti sunt hi, tam avidi litium, & qui non acquiescunt veritati, quæ est doctrina Christi, credunt autem iniquitati, quæ est doctrina mundi: *ira & indignatio, ira ex parte*

DEI, qui illos damnabit, ira ex parte ipsorum, qui damnati se ipsos odio exardescunt, magis placabili, quàm unquam habebit adversus ullum inimicum.

Rom. 1.

XVIII.

*Ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni extinguibili.* Luc. 3.

1. **C**onsidera Dominum, quem hoc loco vides in habitu tam peregrino, & qui ruri magis quàm civitati conveniat, alium non esse quàm **JESUM** Christum in personâ Judicis. Ventilabrum, quod manu præfert, instrumentum est oppidò vile, quis neget, quia revera aliud non est quàm pala, quâ ventilatur granum, cum in areâ est. Sed etiam instrumentum, quod plurimum significat. Indicat enim potestatem Judicalem, quam habet separandi Electos à Reprobis, atque adeò instrumentum, quod plus valet, quàm sceptrum quodcunque Regium. Adora humili reverentiâ tuum Dominum, dum is tibi sub tali habitu se representat, & illi te comenda; quia si unquam non reverentiâ duntaxat sed horrore impleri te oportet, tunc est, cum illum aspicias in formâ Judicis. *Quis poteris cogitare diem adventus ejus?* Mal. 3. v. 3.

2. Considera rationem, ob quam dicitur esse *Ventilabrum in manu*. Ratio est, ut significet Judicium testatam ad se pertinere, sibi esse venire. *Pater omne judicium dedit* Jo. 5. v. 22. ad eum pertinet **DEUM**, illi convenit ut hominum eum pertinet ut **DEUM** oblatum proprium sapientiæ, quod licet ad constituendum Judicium factum etiam requiratur Potestas, quæ necessaria sit ad tenendos, ad dos, & puniendos reos, & requiritur etiam Bonitas, ut quæ omnem iniquitatem excludit de studio partium, & ritidine, fraude, injustitiâ; illæ dotes geminæ potiùs supponendæ sunt in iudice ante judicium. Sapientia quæ denominat actum judicandi, & bonitas, ut sic dicam, tribuendo formam. *Judex sapiens judicabit populum* Eccl. 10. Et ipsi convenit ut hominum vel, ut meliùs dicam, ut hominum



namo tribus ex capitibus. primo ob  
 clementiam, quam habet cum his, qui  
 sunt iudicandi. cum videatur debere  
 bonis gratias accipere, & tolera-  
 bilis iudicium, si iudicentur ab homi-  
 ne ipsius simili. & ideo a prioribus ad usur-  
 pandam misericordiam, ubi usurpari  
 illa possit. Secundo quia in iudicio  
 universali inire venire debet universa  
 resurrectio corporum, quae ipsi tan-  
 quam homini servatur: siquidem uti  
 Pater agente Christo ut DEO quotidie  
 per gratiam suscitatur animas, ita eodem  
 agente ut homine illo supremo die e-  
 rit corpora suscitaturus est. Tertio  
 quia aequum esse videtur, ut, quor-  
 umque iudicandi sunt, iudicem suum  
 cernant oculis. horum vero plurimi  
 illam cernere non poterunt in formâ  
 DEI, cum mali futuri sint, restat ergo  
 ut illi videntur in formâ hominis. &  
 hoc est, quod Christus ipse indicare  
 voluit, cum dixit: *Pater dedit ei pote-  
 statem iudicium facere, quia filius homi-  
 nis est.* Jo. 1. Adde, quod etsi pro-  
 pria esset hæc potestas tot alijs titulis,  
 tam tamen meruit, quasi propria non  
 esset, tunc maxime, cum tantâ humili-  
 tate se in terrâ instar Rei haberi voluit.  
 & ideo æquum est eum ab omnibus  
 videri gloriosum considerare in Tribu-  
 nali supremo Universi magnam illum  
 Dominum, qui modicam probrosi  
 tractus fuit ad tribunalia infima, &  
 condemnatus à tribunalibus iniquissi-  
 mis. Gaude cum ipso ob honorem  
 tam sublimem, quem referet illo die  
 ultimo, & quia tunc frustra erit ante  
 illius thronum prosterni ad imploran-

dam clementiam, id nunc ago, quando  
 non est iudex sed Advocatus. noli  
 cunctari, vides enim ut jam est *Venti-  
 labrum in manu eius.* quod quid aliud  
 designat, quam eius usum propediem  
 futurum? *Ecce venio cito, & merces  
 mea mecum est, reddere unicuique secun-  
 dum opera sua.* Apoc. 22. v. 12.

3. Considera, quo sine Dominus  
 ventilabrum jam manu teneat, nempe  
 ad purgandam aream. *Ventilabrum  
 in manu eius, & purgabit aream suam.*  
 Hæc Area ejus est Ecclesia, Area, quia  
 in eâ boni miscentur malis, quemad-  
 modum in areâ triticum cum paleâ re-  
 peritur. Sua est, quia probè nôsti,  
 quanti ipsi steterit: nempe omni suo  
 sanguine: *Aquisivit sanguine suo.*  
 Act. 20. v. 28. Ne putes proinde, cum  
 aream dici audis, Ecclesiam rem esse  
 modicam. Vastissima est, & majora  
 famet incrementa in fine mundi, quia  
 toto orbe diffundetur. Non idcirco  
 omnes homines complectetur, sed eos  
 tantum, qui professi sunt veram fidem,  
 hoc est, fidem Christi. idolorum cul-  
 tores, Tartari, Turci, Hebraei proter-  
 vi non spectant ad aream, & idcirco  
 propriè dici nequit pro illis esse venti-  
 labrum. Verum equidem est omnes  
 pariter coram iudice apparituros:  
*Congregabuntur ante eum omnes gentes.*  
 Mat. 25. v. 32. sed non omnes pari mo-  
 do ab illo iudicabuntur. Omnes pa-  
 riter apparebunt coram iudice, quia  
 cum ille pro omnibus sanguinè suam  
 fuderit, æquum est, eum ab omnibus  
 videri, cognosci, coli, & adorari, ve-  
 lint, nolint. *Omnes gentes venient, &  
 adorabunt eum.*



adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. Apoc. 15. v. 4. sed non omnes pari modo iudicabuntur, quia contra infideles, qui non spectant ad aream, procedetur, uti more militari fit cum hostibus manifestis, viâ summaria, non disceptando mortis sententiam, tanquam notissimam cuuctis, sed fulminando. *Qui non credit, iam iudicatus est.* Jo. 3. Processus plenus, accuratus, & ex formâ iudicii instituetur circa eos, qui spectant ad aream. *Purgabit aream suam.* & hoc erit ventilare paleas: quippe infideles non tam paleæ sunt, quam spinæ, quæ rectâ & quamprimum damnantur ad ignem. *Lignum aridum in eremo.* Eccl. 6. v. 1. Tibi verò quid proderit non fuisse spinam, si palea fueris? te quoque expectat ignis tanquam pabulum suum.

4. Considera, quam ob causam boni fideles à Christo comparati sunt tritico, mali verò paleis. Boni comparati sunt tritico ob copiam fructus, quem producant, reddendo aliquando centum pro uno, ob substantiam, soliditatem, salubritatem, quia ab ipsis, si rite perpendas, dependet conservatio Universi. Mali comparati sunt paleis ob pallorem, qui in ipsos redundat è livore suo interno, ob siccitatem avaritiæ, ob sterilitatem acedia, ob inconstantiam levitatis, quæ illos ad omnem auræ flatum facit flexiles. Isti in præsens misceantur cum illis, quia Dominus potuit equidem facere, ut triticum in agro suo sine paleâ cresceret, sed noluit. Voluit potius tanquam

summus artifex eruere de tritico, quàm illud non permittere. ne malos non plurimum prodentis hoc ipso, quòd illis esse vellet. Imò profuit maximè, quia sint alia, occasionem illis præbent tantò sunt magis humiles, modesti, quæ est magna proceritas, quam palea afferit tritico, gravat. Cum finis iste certum tunc enim verò erunt miserissimi pati, divisi, in auram dispersi. *ergo eos in ventilabro in parva.* Jer. 15. v. 9. Quam horrentem igitur illa separatio, quam tritico faciet, cum vi hujus ventilabro faciet, ut mali procul abeant à quemadmodum à tritico procul lant paleæ, cum ventus impet rollit ex arcâ. Ita fiet omni maligno, quia in illâ separatio cietur inter ipsos infideles, eodem igne concremetur. *et cum, partemque ejus cum seipone.* Luc. 12. v. 47. Hec quàm ventilario ista erit infrenis, tantus erit illius impetus, non cogitas, quid te fieret, si geret hoc modo tolli à vento? quis nunc sis. Si palea fueris quantum tibi timendum, quia speciatim Christus habet ventilabrum quòd te tam procul excutiat: ut ad abyssos pergas. *Ventilabro ventus tollet, et turbo disperget.* Mat. 41. v. 16.

5. Considera factâ ventilario tali cum sententia divisionis paleas à tritico, effecturum Dominum







non *consumet* : quia hæc est ejus ignis conditio planè tremenda , cui similis in terrâ inveniri alius non potest. Habet hoc mali ab igne , ut urat , non habet hoc boni , ut occidat. *Devorabit eum ignis , qui non succenditur.* Job. 20. v. 26. & quare non succenditur , nisi quia nunquam illi alimentum deest ? Devorat , sed non destruit. an ergo seridè cogitasti aliquando , quid sit damnari ad talem ignem ? et an non

esset ardentior nostro , non est tior , acerbior , penetrantior , sufficit esse inextinguibilem. At te demique Dominam vocasse illud horreum , in horrendo fumo non perinde suum vocavi illum , in quo ardebant pascua : ab ipso est salus hominum , sed ab ipso perditio. *Perditio tua tantummodo in me auxilium tuum.* Ol. 15. v. 9.

## XIX.

*Hospitabitur , & pascet , & potabit ingratos : & ad hæc aversus dies.* Eccli. 29. v. 32.

1. **C**onsidera per hunc hospitem , de quo sermo est præsentis loco , merito intelligi Christum JESUM , eum ad te venit in sanctissimo Sacramento. *Hospes eram , & collegistis me.* Matt. 25. v. 35. tunc enim , si unquam aliàs , verus est hospes animæ tuæ. sed ecce quàm diversus ab alijs. Hospites alijs , cum in domum tuam divertunt , non veniunt , ut te pascant , sed ut à te pascantur. Unde ipse Abrahamus , cum tres illos peregrinos Angelos recepit , illicè agnovit non ipsorum sed sui esse officij prospicere de cibo , & ideo celeriter cucurrit ad armentum , & tulit inde vitulum tenerimum. Gen. 18. v. 5. hæc enim est hospitalitas hominum , qui recipit , pascit , non qui recipitur. At tuus Dominus hospes est prorsus diversus , quia , ceu veniendo tantum parum ti-

bi , qui es vilissimus terræ , vult præstare honoris , vult insuper venire , mensæ suæ te adhibere. *Hospitabitur , & pascet , & potabit* verò genere ciborum ? non aliter de se ipso. O rem summo deo stupore ! quia matres equidem suos lacte nutriunt , qui homines *pascunt & potant* , nunquam satietatis , & visceribus proprijs. Præ matres invenies , quæ suis cibantur liberis , juxta illud : *Comeda fructum uteri tui.* Deut. 28. v. 17. quæ se ipsas obrulerint in cibum , si tamen nescio quâ misericordiatè de te gloriantur ? *Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.* Eccli. 4. v. 10. Vide igitur , quæ sit misericordia Domini tui.

2. Considera non dici solum *Hospitabitur* , sed etiam *Potabit* , nec dici dicitur



*Est tibi sed etiam Pasceat, ut significat, cum in sanctissimo Sacramento se tibi donat, perfectam dare refectioem. Cibum sine potu, & potus sine cibo, sunt equidem refectio aliqua, ac non sunt refectio perfecta, sed tunc solum, cum junguntur simul. Itaq; Dominus utrumq; conjungit, Pasceat, & Potabitur, non quod gustare carnem ejus non sit etiam gustare sanguinem, & gustare sanguinem non sit gustare carnem, sed ut intelligas, eum tibi dare perfectissimum epulum, quali scilicet opus est ad vitam perfectè servandam. Verum est, ut id etiam rudioribus planum faciamus, quemadmodum in Sacramento seipsum relinquere voluit sub duplici specie panis scilicet & vini, panis quidem, ut se cibum esse significet, vini verò, ut se potum esse demonstraret; ita tibi quoque res istas cogitatione distinguendas, ut earum saporem melius allequaris. & quis iste sapor? Recordatio eorum, qua Christus pro te passus est. non ignoras sacramentum istud ab ipso præcipuè relictum pro mortis suæ memoriâ: Mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. 1. Cor. 11. v. 26. At mors ista non fuit mors ordinaria, fuit violenta, acerba, atrox, cruenta, & ideo ut illius omni istâ ratione memineras, dum recipis, cogita illud corpus à te recipi, quod pro te factum est præda mortis: cogita illum sanguinem à te recipi, qui ab illo corpore totus & tam copiosus pro te fluxit. ita perfecta erit refectio tua.*

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

3. Considera tam esse sine dubio stupendam, quòd Dominus se ipsum præbeat in alimentum perfectum, prout modò dicebam, sed stupendum magis, quòd se præbeat ingratissimus: *Hospitabitur, & pasceat, & potabitur ingratos,* & sic tamen est. quòd pauci grati sunt Domino ob beneficium tam ineffabile, quale hoc est, quòd se ipsum nobis reliquerit in sanctissimo Sacramento? imò sunt ingrattissimi, quia quotidie contingit, ut multi hoc modo recipiant, & deinde paucis interjectis diebus illum à se expellant, ut hospitium in corde suo præbeant dæmoni. Hæc est ingratitudo tam barbara, quàm major alia excogitari vix possit. & tamen cum Dominus ad te venit, eam prævidet: quid ajo? prævidet: certò scit illam: *sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum.* Jo. 13. v. 11. & tamen non omittit venire, quasi æternum futurus esses illi fidelissimus. O inusitata prodigia! Ingratitudo sufficiens causa est tollendi beneficium alicui, cui factum est; quantò major est causa illud antea negandi. & tamen non solum hoc facit ingratissimus, sed factum millies repetit: *Pasceat & potabitur:* non solum *Pasceat & potabitur.*

4. Considera tum omne genus ingratitudinis videri durissimum, tum illud imprimis, quod ab eo recipis, quem quotidianum habuisti mensæ tuæ convivam. *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Pl. 40. v. 41. nam ut ingrato aliquando beneficium præstes, facile induci

D d d potes.



potes : induci, inquam, ut illi impetres aliquem Principis favorem, ut annulum dones aut vestem, aut aliud simile obsequium exhibeas. ut autem illum sumptu tuo alas continuo, æternum induci non poteris, quia videris in sinu tuo alere serpentem. Et hoc tamen est, quod continuo fieri vides à Christo JESU : *Pascet & potabit ingratos.* Miraculi instar maximi habebatur, quando S. Ambrosius etiam victum subministravit proditori, qui illi mortem machinabatur. porro hoc miraculum à Christo fit quotidie, isto discrimine, quod sanctus illud fecerit ei, qui prodere ipsum voluit, Christus autem illi faciat, à quo scit se iterum prodendum. *Qui manducat meum panem, levabit contra me calcaneum suum.* Jo. 13. v. 19. non solum levavit, sed etiam levabit.

§. Considera ad cumulum stuporis, postquam Dominus tantà erga homines benignitate est usus, cum cogi, ut talia dici audiat, quæ sint apta ad pariendam amaritudinem: *Et ad hec*

*amara audiet.* & quæ sunt illi audit? sunt quæ reze homines si parùm ab ipso amencat, vos, dicit Dominus, & dicit quo dilexisti nos? Mal. 1. v. 1. sunt jam antiquæ in mundo. At cum semper faciunt inobediunt certe ex quo Dominus amore se nobis in Sacramentum nican, non sunt intolerabiles sed nec excusationis aliquod tunc, quantum enim amor monstravit, qui etiam cibum se voluit? tantum fecit desiderium intimè conjungendi, & quæ liquid efficiendi nobiscum. igitur non dabit, qui se ipsam quidquid aliud dederit, minime non ergo merito amarè fecerit deat te dubitare, an acceptum quod minus est, liquidem ad accipiendum rite redispomas, post tanto amore dedit, quod est *Pereat Samaria, quæ ad amaritudinem concitavit DEUM suum.* Ol. 14. v. 1.

## XX.

*Scimus, quoniam diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.* Rom. 8.

1. Considera felicem eorum conditionem, qui seriò student amare DEUM. illorum bono omnia serviunt: *Diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum.* ita constitutum

est Universum, ut partes ipsarum nobilioribus serviant. *Quæ est, serviet Sapiens.* Prov. 15. & sic omnia demum debent esse obsequium illorum felicitati, &



studium amare DEUM, hoc est, qui sunt veri terræ nobiles, sunt grandes, sunt gloriosi, Prædestinati ad beatitudinem æternam: *Qui secundum primum vocati sunt Sancti*, haud dubie, nam quid demum est illorum prædestinatio: an aliud fortassis, quam illa absolutissima voluntas eos ad beatitudinem provehendi! Non est aliud: *Propositum miserandi*, ita varijs locis D. Augustinus appellat. hanc igitur voluntatem impleri neesse est: *Omnis voluntas mea fiet*. II. c. 10. hoc enim significat vox propositi, voluntatem firmam, voluntatem fortem, voluntatem deliberatam: & ut ita adimpleatur, DEUS specialissimam habet curam electorum. *Oculus Domini super justos*, eos dirigit, gubernat, protegit, ut omnia, quæ illis accidunt, ipsorum bono serviant, hoc est, salutis animæ. *Diligentibus DEUM omnia cooperantur in bonum*.

2. Considera omnia, quæ accidere possunt homini, ad duo capita reduci, bona scilicet, & mala. De bonis facile intelligimus, quomodo electis cooperentur in bonum, quia faciunt, ut electi magis benedicant DEO, qui ipsi bene facit, & gratias agant, & adorent, & ament ardentius: *Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi*. Ps. 121. v. 6. non tam facile id intelligitur de malis: & tamen certissimum est: quia cuncta mala vel sunt tribulationes, vel tentationes, vel peccata: & omnia Electis cooperantur in bonum. Cooperantur tribulationes, quia electis campum aperiunt vastissimum

exercendi virtutes. in infirmitate patientiam, in persecutione mansuetudinem, in paupertate modestiam, in depressione humilitatem, & in cunctis simul exactam resignationem in voluntatem Divinam. *Domini est, quod bonum est in oculis suis, faciat*. Cooperantur tentationes, quia sunt electis instar scholæ, in qua quotidie addiscunt dexteritatem pugnandi contra hostes infernales, superandi eorum vires, cavendi fraudes, & ita perpetuos reportandi triumphos. *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. Cooperantur ipsa etiam peccata: quia hæc amplam illis materiam subministrant doloris, compunctionis, pudoris, maxime verò providæ in futurum cautelæ, ne de virtute sua præsumant. *Ego vir videns paupertatem meam in virgâ indignationis ejus*. Thr. 3. v. 1. Tres sunt virgæ, quibus DEUS percutit Electos, virgâ correctionis, virgâ probationis, virgâ indignationis. Virgâ Correctionis sunt tribulationes, probationis tentationes, indignationis permissio peccatorum. Sub quavis istarum virgarum homo certò cognoscit suum nihilum, seseque demittit: sed sub nullâ cognoscit magis, quàm sub postrema: sub hac virgâ tremendâ indignationis. *Ego vir videns paupertatem meam in virgâ indignationis ejus*. Scio quartam quoque numerari virgam, quæ furoris dicitur, & est derelictio post peccatum. Porro ista non spectat ad Electos, & ideo nulla hic ejus est facta



ita mentio specialis. Ceterum vide tantisper, quam verè dicatur: *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum.* talis enim quisquis est, non habet, qui ipsi noceat. *Quis est, qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis?* 1. Pet. 3. Contrarium circa impios contingit. nam si iustis malum quoque vertitur in bonum, impijs etiam bonum vertitur in malum, usque adeo, ut abutantur ipsa Clementia Divina ad peccandum audentiùs: *Peccavi, & quid accidit mihi triste?* Eccl. 5. v. 4. Ex quorum numero tu es, capisne è malo bonum, an è bono malum? hoc unum est è clarioribus signis, unde cognoscas, an sis de numero prædestinatorum an Reprobatorum. hæc quippe lex est: Prædestinatis mala quoque debent cedere in bonum: *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti.*

3. Considera hanc sententiam fortè tibi scopulum esse, in quem impingas. dices enim, si sis de numero Electorum, te saluum fore, quin admodum curæ tibi sit, quia demum cuncta quantumvis aliàs noxia tibi commodum allatura sunt. Sed vehementer hallucinaris. Cuncta ut ut aliàs noxia tibi commodum afferent, concedo: sed quando afferent? quando curabis, ut afferant. Audis, quomodo loquitur Apostolus: *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum.* non ait, *Operantur*, sed *cooperantur.* Itaque si mala ista debent operari tecum hoc

bonum (hoc enim est cooperari) aliter non potest, quam ut tu coopereris. hoc nisi facias, nec opereris. quia ipsorum non est cooperari. *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum.* deinde tu putas tam disertè dixisse Apostolum: *Diligentibus DEVM?* ac potuit *Dilectis à DEO* sed maluit *Diligentibus*: ne magis causa esset erroris fortè existens ad salutem tuam sufficere amorolum, quo DEUS te diligit: coopereris etiam amore, quo tu diligis DEUM. *Ego diligentes me diligo.* Si DEUS elegit ad gloriam, elegit, ut respondendo salvus fias: si non respondes, signum est, te non electum. an credis te salvandum vim? Electi sunt illi, qui secundum propositum vocati sunt sancti, hæc vocati sunt, ut sint inter sanctos. que electus es, vocatus es: quoniam prædestinavit, hos & vocavit. Non & si vocatus es, ut respondeas. porro quid hinc consequitur, tuum esse ut respondeas non respondeas. nam que ista vocatio, que te cogeret? non hoc vocari, sed compelli, sed Dominus vocat Electos ad fructum, sicut haud dubiè vocat, ut vocat, ut velut jumenta post se sed vocat, ut eum velut subditos servi sequantur. *Vocavi enim, & queretur se.* II. 41. v. 2. Quid ergo vis eligi, cura, ut coopereris, facere omittas, certus esto, te non re de numero electorum, hoc est,



horum, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

4. Considera, si forte non capias, quomodo cum his, quæ diximus, conciliari possit immutabilitas Divini Decreti, quod ob suam firmitatem summam & vim maximam, vocatur *Propositiuum miserandi*; alio opus non esse, quam ut subijcias superbum intellectum doctrina fidei, stabiliendo in te ipso principia ista simplicissima: nempe te salvum futurum, si bene agas, secus non futurum. hoc modo signum debis te esse de numero electorum, quia sic ipsa ignorantia, & incapacitas tua cooperabitur in bonum. O quantum est meritum illius, qui cum videat se quancunque ex causa plura assequi non posse, contentus est, quod servare DEO possit in sancta simplicitate, & ipsi, ad quos pertinet, altissima mysteria speculanda & explicanda permittit. Totum, quod à nobis Dominus

exigit, est, ut amemus. *Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum: non contemplantibus, non celebrantibus, non predicantibus, sed diligentibus, quia hoc fieri potest ab omnibus.* Quid ergo amplius quaramus? cura, ut ames DEVM, hoc est, ut illi juxta conditionem status tui fidele præstes servitium, ejus mandatis obtinueres, consilia sequaris: & si plus nescias, nihil refert, non equidem dicere poteris cum Apostolo: *Scimus, quia diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Sed dicere poteris: *Experimur,* quia in praxi ejus rei veritatem intelliges, quam intellectu non penetras. quanquam quæ certior possit esse scientia, quam practica: hæc est scientia sanctorum. *Dedit illi scientia sanctorum,* quia operando capiunt mysteria, quæ alius studendo non percipit.

XXI.

## B. Aloysius Gonzaga.

*Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellat de laqueo pedes meos.* Ps. 24. v. 15.

4. Considera mundum istum esse laqueis plenum, qui à demonibus tenduntur, adeo, ut gloriosus Antonius eorum intuitu totus cohorrue- rit. Quancunque incedas, *In medio laqueorum ingredieris.* Eccli. 9. v. 20. Quid igitur faciendum, ne cadas? for-

tè pedes aspiciendi? prorsus opposi- tum. potius sursum levandi sunt oculi, & convertendi ad Dominum: *Lux vultus mei non cadebat in terram.* Job. 29. v. 24. ita securior eris ab interitu, quia si tu de illo cogites, ipsius erit cogitare de te. *Convertimini ad me, &*

Ddd 3

eg.



ego convertar ad vos. Zach. i. v. 3. & si ipse de te cogitet, salvus eris. Hoc est, quod sibi certò promisit Rex David, cum dixit: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* atque hoc est, quod etiam certò polliceri tibi potes, si placeat experiri. Sed nota non sufficere, si oculos subinde tantum erigas ad DEUM, sunt stabiliter defigendi: *oculi mei semper ad Dominum.* & ideo necesse est oculos semper habere conversos ad ipsum, quemadmodum servi solent. *Ad Dominum.* Hoc si facias, nunquam, uti certò spondere tibi potes, incidis in laqueum; quia quantumvis dici hic audias: *Ipse evellet de laqueo pedes tuos,* non est existimandum fore, ut Dominus prius permittat te incidere in laqueos, deinde rursus eximat. non, sed ab ijs te præservabit. Dicitur autem. *Evellet,* ad demonstrandum tam multos esse laqueos, tam arctos & intricatos, ut tantà opus sit virtute ad præservandum te ab istis, quantà ad liberandum.

2. Considera primò tenere servos oculos intentos ad Dominum, ut promptè ejus exequantur imperia. quia, si boni sint servi, nolunt expectare vocem, viso nutu illam prævertunt. Et hoc est, quod te quoque facere oportet: *Oculi mei semper ad Dominum:* nempe ut advertas, quem tibi nutum insinuet. *Mens justis meditabitur sapientiam.* Prov. 15 v. 28. Si expectes imperium, præstas quidem obedientiam, sed non meditaris. tunc

illam meditaris; quando dicitur: *prævertis, & obedis, si Dominus cetera rem aliquam vel levi prædicio, etsi non mandet: Tu autem stam mandata tua custodiri.* Psal. 118. v. 4.

3. Considera secundo tenere vos oculos intentos ad Dominum, quocunque vadat, cum sequantur. enim illorum est officium, qui non serviunt, nisi ad sequelam. hoc est, quod pariter te faceret, respectu DEI: *Oculi mei semper ad Dominum.* ut ejus vestigia insequeris: *vestigia ejus secutus est meus.* Job. 23. v. 11. hæc tua est obligatio. hanc verò quomodo præimpleris, nisi semper teneas conversos oculos, expendendo te ipso, quomodo in simili casu contigerit, cum in carne mortuabatur super terram, an necesse sit esse maximam, quam consequi gloriam, ipsum sequi? *Magnitudo est sequi Dominum.* Eccl. 12. v. 12.

4. Considera tertio tenere oculos intentos ad Dominum, ut eo petant sive veniam, cum de peccatis castigantur ut pigri, vel aliter castigantur, vel patrocinium, si periclitantur, vel promotionem, si in ejus honorem ad majorem eniti possint formam, atque hoc est, quod denique facere te oportet respectu DEI. *Oculi mei semper ad Dominum.* Reus enim, in periculis positus, capax gloriae, quanta est illa Paradisi, igitur fieri potest, ut unquam avertat oculos ab illis manibus, à quibus pe-



det, quidquid in mundo potest sperari  
boni? Sicut oculi seravorum in manibus  
Dominorum suorum, & sicut oculi ancil-  
larum in manibus Domini sui, ita oculi no-  
stri ad Dominum DEUM nostrum, do-  
noc misereatur nostri. Plal. 122. v. 2. an  
non vides, quam indefesse servi sup-  
plices respiciant Dominum suum, do-  
noc misereatur: quod & faciunt, post-  
quam est miseratus: id quod ingrati  
multi facere negligunt. Atque hoc  
est, quod plurimum valet, ut promp-  
tis exaudiat. secus si fiat, DEUS gra-  
tias suas differet, vel omnino negabit.  
& quare? quia ubi eas acceperis, eum  
amplius non respicias. *Saturati sunt,  
& levaverunt cor suum, & obliuisci sunt*  
*ps. 104. v. 6.*

3. Considera, si teneris eo modo,  
quem diximus, oculos tuos semper in-  
tendens ad Dominum, te salvum fore à la-  
queis. *Oculi mei semper ad Dominum,*  
*quoniam ipse evellat de laqueo,* hoc est,  
*de omni laqueo pedes meos.* Itaque vidi-  
sti, quomodo tribus ex causis tanquam  
verus servus oculis indefessis respicere  
debeas Dominum tuum, nempe ut e-  
jus nutui obtemperes, ut sequaris, ut  
supplices, si modo dicto obtemperes,  
certus es, fore, ut ipse te laqueis eruat:  
*Evellat de laqueo pedes tuos.* quia qui  
obedit, praesertim si tantà accuratone  
obediat, nullum habet periculum ca-  
dendi, imò nec offendendi. Hoc est  
felix obedientiae privilegium ibi posse  
secure incedere, ubi qui vis alius peri-  
ret. *Qui custodit praeceptum, non expe-  
rietur quidquam mali.* Eccl. 8. v. 5. si  
cum respicias ad imitandum, iterum

securus es, quòd te laqueis subtrahat:  
*Evellat de laqueo pedes tuos.* quippe si  
quisquam securus est, ne pede exeret,  
is sane est, qui in eà actione, quam ha-  
bet praemanibus, in eo negotio, quod  
suscepit, in exercitio, quo occupatur,  
confiderat, qualem in eo se Christus  
gesserit. *Quicumque hanc regulam se-  
cuti fuerint, pax super illos.* Gal. 6. v. 16.  
Hæc regula est imitatio Christi: hæc  
quisquis sequitur, pacem habet, quia  
certus est illi placere, quod agit. si de-  
nique illum respicias supplicando, ite-  
dem securus eris à laqueis, si unquam  
aliàs. *Evellat de laqueo pedes tuos.* quia  
obedire Domino, ut ejus impleas vo-  
luntatem, eum imitari, ut te ipsius vitæ  
conformes, sanctum facit, sed non te  
reddidit de eo statu securum. Omnimo-  
da securitas inde nasci debet, quòd ni-  
hilominus continuum petas auxilium,  
quali nihil ageres boni: *Videre, vigi-  
lare, & orate.* Quamprimum cessave-  
ris postulare auxilium, parum aberit,  
ut neque voluntatem ejus impleas, nec  
vita te conformes, & ideo semper o-  
portet postulare, hoc est, etiam quando  
jam es consecutus, quia sicut consecutus  
es, ita pari ratione amittere potes.  
*Oculi mei semper ad Dominum.* & ta-  
men quot sunt, quibus integri prate-  
reunt dies, quin aliquando oculos ad  
coelum levant? *Oculi stultorum in fi-  
nibus terra.* Prov. 17. v. 24. Isti furan-  
tur DEO, quod tot tamque justis titu-  
lis præterdit (si quidem servi sumus)  
nempe dominari oculis nostris: *Do-  
mini est oculus hominis* Zach. 9. v. 1. Hoc  
neutrquam fecit beatus ille juvenis,  
cujus



cujus hodie agimus natalem, Aloysius, inquam, Gonzaga. omnem ejus vitam percurre, & videbis, quomodo in triplici hoc sensu, quem meditati sumus, perfectè DEO suos oculos consecra-

verit. Quid igitur mirum ipse  
que fuisse preservatum à DE  
tor inter laqueos, quibus  
victor exivit?

\* \* \*

## XXII.

*Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste? Aliquis enim est patiens redditor. Eccli. 5. 4.*

1. **C**onsidera, unde sit, quod multi in dies audaciores fiant ad peccandum. inde est, quod DEUS non statim plectat. si quories aliquis in blasphemiam prorumpit, repente linguam à vermibus lacerari sentiret; si is, qui furtum committit, illico referret manus aridas, qui fraude decipit, hebesceret animo, qui carne delinquit, fœdissimâ aspergeretur leprâ; credisne tot futuros in mundo blasphemos, tot fures, fraudulentos, lascivos? at quia DEUS lenè procedit in castigando, quia tolerat, quia tacet, dissimulat, semper sunt audaciores homines: *Quia non profertur curâ contra malos sententia, absque timore illo filij hominum perpetrant mala. Eccl. 8. v. 11.* O monstruosam malitiam filiorum non DEI sed hominum, ideo velle esse impium, quia DEUS est bonus! Constat sanè tales filios non pertinere ad DEUM, à quo sunt penitus diversi. sunt filii perditionis, hoc enim significant verba illa filij hominum. quia *filius hominis* à scripturâ semper sumitur in sensu optimo; porro *filij hominum* sem-

per aut serè semper usurpantur à *Filiis hominum usquequo gravi* Pf. 4. v. 3. *Vani filij hominum. Ps. Mendaci filij hominum. Pl. 9. v. 1.* & hinc vides abuti Miseriam vinâ ad peccandum audacis, esse planè ac esse de numero Peccatorum:  
2. Considera, quid de te trahite sineres ad exorbitantiam gravem? Ne dicas ergo, ne *Peccavi*, & tamen *nihil mihi accidit*. sum viribus vegetus: habeo ros, & hi sunt incolumes: habeo cultates, & ista augentur, habeo cos, quotquot desidero, & omnia nevolos. & quamvis nec incedant, illi incedunt. Non ita infelix, non ita. quia lingua inimicum est odiosa DEO, imò impropria. *Non est iste sermo, qui incedit, sed potius, qui incedit, cum corde servatur, & sermo accendit, cum etiam prorumpit.* bra. Judith. 8. v. 12. *Emmivero putas, cum peccas impune? Non non esse in mundo, aut si sit, esse*



esse stupidum, nec advertere ad malum, quod agis: Alii nimium iniquum est rebum illud *Accidit*, quia illo te credere demonstras, DEUM depositam Providentiâ casu regi. O quantum falleris! *Altissimus enim est pater Redditor*, ita est, saepe cunctatur, sed venit tamen. Cunctatur saepe, quia *Pater* est, sed semper pervenit, quia *etiam est Redditor*. & si ipse est *Redditor*, quomodo casu & temere procedat: casu dare potest, qui dat, quia non recusat huic dare potius, quam illi, sed casu dare non potest, qui reddit.

4. Considera, cur specialiter sapiens voluerit hoc loco DEUM appellare nomine *Altissimi*. Ita appellavit, ut insinquaret DEUM, uti bonus est tolerando, tantâ patientiâ malum, quod agis, ita sapientem quoque & potentem esse. Sapientem, ut adverteat. Potentem, ut puniat. Nonne *Altissimus* est: igitur cuncta videt, quatuor agis super terram, quia stat sublimis, imò sublimior ipso sole. Nonne *Altissimus* est: igitur comprehendere te semper potest, quia semper capiti tuo imminet. & cum ista ita se habeant, tu non times ipsum, imò excidere tibi finis verba tam sacrilega, ut sunt ista: *Peccavi, & quid mihi accidit triste: ne temere quid loquaris; DEVS enim in celo & tu super terram.* Eccl. 5. v. 1. Ecce igitur, cur DEUS hoc loco vocetur *Altissimus*: nempe ut eum incipias timere, et si sit bonus? *Dalocum timori Altissimi.* Eccl. 19. v. 18.

4. Considera majorem fore timorem tuum, si memineris, quod etiam sit *R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

*Patiens redditor.* Verum est, verba ista primâ fronte non adeo propria videntur, quia patientia potius ad eum pertinet, qui debet recipere solutionem, quam qui debet reddere, unde debitor ille Evangelicis et creditori suo dixit: *Patientia habe in me, & omnia redda tibi.* Mat. 18. 16. Videtur ergo aut non debuisse dici *Redditor*, sed *Ultor*, (cui nomini recte adjungi potest adjectivum *patiens*) aut non debuisse dici *Patiens*, sed *Fidelis*, adjectivum, quod recte jungitur nomini *Redditoris*. sed si penitius expendas, ad verbes yim dicti, quae sapienti fuit proposita, dicere voluit DEUM non habere prurimum puniendi quenquam, ut qui non ex irâ, sed iustitiâ punit. Quid ergo fecit: dicere noluit, quod DEUS sit *ultor*, quia vox ista iram significat. dicere solum voluit, quod sit *Redditor*, quae vox à premio præscindit & pœnâ. Jam verò cum de premio agitur, patientia in ejus dilatione penes illum est, cui solvitur: sed non ita, cum agitur de pœnâ: tunc enim patientia est ex parte solventis. hic autem de pœnâ agitur, & ideo mirum esse non debet, quod sapiens dicat DEUM esse patientem, quamvis ipse sit, qui solvit: *Patiens redditor.*

5. Considera Dominum, cum punit, *Redditorem* dici, quia non solum peccatori pœnam reddit, quam meruit, sed etiam sibi reddit gloriam, quam ille sustulit. imò hic est finis præcipuus, quem Dominus habere debet, & habet in puniendo quocunque: Unde sceleratæ Sidoni, cum agit de plagis, quas illaturus erat: *Ecce,*

Ecc

in-



inquit, ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui. Ezech. 28. v. 22. & idcirco propriè loquendo, semper magis DEO convenit nomen istud *Redditor*, quàm *Ultor*, quia magis exprimit propositum, quod habet DEUS in te puniendo, quod non est tua pœna, sed sua gloria. & si ira res habeat, nonne etiã vides, cur potiùs dicatur patiens redditor, quàm fidelis. Non dicitur Fidelis, quia non omni utitur rigore, cum reddit sibi hoc genus gloriæ. si bene notes, multum, imò totum sepe remittit. sed è contrario Patiens vocatur, quia plerumque non festinat in eã sibi reddendã, quando etiam non advertis: procedit tardè, procedit placidè, nec habet difficultatem etiam diutiùs expectandi. Quum igitur vides te non puniri quantumvis obstinarum in malo, ne dicas DEUM non esse redditorum, uti forsitan tu putas, quippe cum sit *Patiens redditor*.

6. Considera, quate Dominus difficultatem non habeat expectandi etiã diu illam gloriam tam justam, quæ reddi debet in te puniendo quantumvis contumace. Non habet difficultatem tribus ex causis. prima est, quia etiam absque ea, tantum habet gloriæ, quantum sufficit: *Plena est omnis terra gloriã ejus*. Il. 6. v. 3. secunda, quia securus est, quod possit eam gloriam sibi reddere, cum voluerit, quia à nemine dependet. *Mea est ultio, & ego retribuam*. Dent. 32. neque periculum est, ne tu interim evadas, aut te subducas. Tertia, quia quantum di-

utius expectat in ea sibi reddendã accipiet majorem. unde licet olea, quæ non profert fructum singulis, ut deinde uberius fructum. *Erit quasi oliva gloria ejus*. Oly. Si Dominus differat reddere gloriam suam, illam duplicabit, patientiam magis in tolerando stratam, tum quia tantò gravatunt pœnæ, quanto tardiorum. igitur etiam diu differre potest scis eum, qui expectando magnum, prout in uluris contingit, habere patientiam expectandã DEO est. & si ita est, facile etiã quàm meritò dicatur *Patiens* cum agitur de pœna irrogandã autem, quando non sit *pœnitentor*? cum de premio agitur, quoniam mam habet propensionem facere bene. Malum facit ex necessitate, reddit sibi gloriam, quam illi meriti, & ideo lentè facit: *Hec cur super hostibus meis*. Il. 1. v. 22. facit ex voluntate faciendi, & quasi genio suo, & ideo promptitudine facit. Ceterum telligis, etiam malum quantum tantò gravius venturum, & hoc quod ait sapiens: *DEVS vindicabit*. & cur hoc ait? an tepiditate verborum? ne hoc sed ita dicit, quia *vindicat* per commissionis, quæ jam fecit, *vindicabit* peccatum omisso, nunc facis, cum ille dat tibi pœnitentiã, & tu abijeris.

\* \* \*



## XXIII.

*Frustra conflagavit conflator, malitia enim eorum non sunt consumpta.  
Argentum reprobum vocare eos, quia Dominus projecit illos.  
Jer. 6. v. 10.*

Considera Chymistam, de quo sermo est hoc loco, esse Dominum, qui in pluribus scripturae locis isto habente representat, ut ostendat eam industriam se laborare in repurgandis hominibus à malitia sua, eà curâ & studio, quale adhibet Chymicus ad argentum in crucibulo suo purgandum. *Convertam manum meam ad te, & exiguam ad purum scoriâ tuam. Ita. 1. v. 20.* si nôsse velis, quodnam sit illud Crucibulum, quo utitur Dominus; Tribulatio est, *Caminus humiliationis. Eccl. 2. v. 5.* cum nihil sanè sit aptius ad reformandos mores jam depravatos. *Cum feceris iudicia tua in terrâ, iustitiam descendent habitatores orbis. Ps. 26. v. 9.* si nec illa juvet, irritus est labor, & ideo hoc est, quod verbis ad eò tremens hoc loco queritur Dominus, nempe frustra consumpsisse artem suam maximam in favorem reproborum. *Frustra conflagavit conflator.* quibus nec ardor foci profuit, medium facillè fortissimum. *Vane fortitudinem meam consumpsi. Ps. 49. v. 4.* O quantam habes vitiam timendi, si fortè videas te esse de numero illorum, qui in pœnis properet peccata sua instrictis à DEO, in ignominiam, in infirmitatibus, in casibus incautus non modò non emendantur,

sed perveniunt magis. Hoc signum est probabilissimum reprobationis, quia Dominus fortitudinem suam sine utilitate consumpsit: *Frustra conflagavit conflator.*

2. Considera hoc summum planè esse prodigium, priùs consumi, ut sic loquar, fortitudinem Divinam, quæ hominem percutit, quàm malitiam hominis, qui percutitur. & ita tamen est. *Malitia eorum non sunt consumpta.* unde apparet, quanta sit vis arbitrij tui liberi, quia fatigare demum DEUM potes, totum intentum in purgandâ illâ scoriâ, quæ te depravat. & ideo nota, quomodo loquatur Prophetâ: *malitia eorum, inquit, non sunt consumpta.* non ait: *rubigo eorum:* quia rubigo magnum est malum argenti, sed prorsus extrinsecus adhaerens, & ideo demum aufertur, & ita aufertur, ut argentum fiat purissimum: *Aufer rubiginem de argento, & egreditur vas purissimum.* Prov. 25. v. 4. sed non ita malitia. Malitia est defectus ille internus, quem in venis suis habet argentum: & hic nunquam tollitur. quia vitium est argenti non solum rubiginosi sed mali. Idem puta accidere in casu nostro. si peccatum quasi foris nascitur, provenit ex vi illiciorum extrin-

Ecc 2

trin-



trinfecus advenientium, nempe à malis socijs, pravis commercijs, molestis suggestionibus inimici. tunc instar rubiginis est, adest quidem, sed quasi foris adharens, ut adeò spes sit tollendi. quamvis ista quoque aliquando tanta sit, ut nec ipsa tollatur: *Multo labore sudatum est; & non exiit de eà nimia rubigo ejus, neque per ignem.* Ezech. 24. v. 12. sed hic casus admodum rarus est. ordinatè rubigo cedit igni. & idcirco si DEUS te instar argenti ponat in crucibulo tribulationis sat magnæ, purgaberis. non ita, cum peccatum oritur potiùs ex interioribus cordis, hoc est, cum peccas ex prava dispositione voluntatis, quia peccare libet, quia delectat, quia placet tantopere, ut, si in promptu non sit occasio peccandi, eam quaras. Tunc enim verò peccatum non est jam sola rubigo, sed malitia, visceribus insita: *Prodit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Pl. 72. v. 7. & ideo instar argenti rubiginosi te purgari perquam difficile est; quia vitium est voluntatis propensæ ad malum. quis autem ignorat *Perversus difficile corrigi?* Eccli. 1. v. 15. Oportet ergo hinc inchoare, deponendo scilicet affectum illum ad iniquitatem perversum, eam odio habendo, eam abominando. tunc etiam pro te spes erit salutis. aliàs ò quàm difficile accidet te emendari etiam in medio castigationis Divinæ. *Percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.* Jer. 5. v. 3. advertisti vocem illam terribilem: *Renuerunt?* hæc est vis liberi tui arbitrii,

resistere potest etiam poenis gravibus immixtis à DEO. *Malitia non sunt consumpta.*

3. Considera ad id probum. Prophetam contra istos obdurnos pertam pronunciare damnationis ternæ sententiam, & ideo *Argentum reprobum vocare eas.* Dominus projecit illos. Argenti probum hoc est, quod purgatum est per ignem. & hinc fit, ut denique desinat affligere hos qui non emendantur nec quidem probra, inter morbos, inter calamitates, quæ propè sufficerent. Poni domando. Desinat affligere quia videt ignem fore inuitam dando argento tam pravo. *Argentum est, quod dicitur: Projectum est, non amplius haberi curam sollicitam, illud studium, quod habebatur eum illico omnia lapsus plectebatur. Potius illorum suo vivere permittit: *Dimittendum desideria cordis eorum.* Jer. 17. v. 13. Et ideo vide, quare reprobis pretio haberi tribulationes, quæ immittit, eas vertendo ad emendationem tui: secus omnino illas immittere desinet: *Erudire Jerusalem forte recedat anima mea à te.* Jer. 17. v. 13. quàm tremendum hoc est genus probationis non punire! hoc est maxime quod DEUS in hoc mundo immittit peccatori. hoc savissimum, nihil furoris, quia signum est manifestum illum esse projectum à Domino. *Anferetur zelus meus à te, irascar amplius.* Ezech. 16. Q*



DEUS te castigat, Zelum habet  
hoc est, tui studiosus & sollicitus  
& consequenter demonstrat non-  
deposuisse spem te lucrandi. at  
e contrario cum castigare desinit, et si  
peccare, Non transiitur am-  
plius, signum est te servari deteriori  
incendio, nempe inferni, quò proijci-  
tur argentum reprobum per modum  
lecoria, non ut purgetur, sed ut ardeat  
tantum: *Excoxi te sed non quasi ar-  
gentum. II. 48.* Verum est, verba  
ista: *proiecit illos*, hoc loco forsan di-

ci more prophetico, præteritum usur-  
pando pro futuro. hoc enim sepe so-  
lent Propheta, ut tantò magis exprimi-  
ant certitudinem vaticinij, atque  
hoc sensu idem foret dicere *proiecit*  
*illos*, ac *proijcet illos*, scilicet in die ju-  
dicij, quando illis infelicibus dicitur:  
*Discedite a me maledicti in ignem æ-*  
*ternum.* ignis enim æternus est ignis  
ille unice destinatus ad uren-  
dum, non ad purgan-  
dum.



## XXIV.

## Pro Nativitate S. Joannis Baptistæ.

*Quando magnus es, humilia te in omnibus, & coram DEO inve-  
nies gratiam. Eccl. 3. v. 10.*

Considera tria esse genera magno-  
rum. quidam sunt magni co-  
ram se, alij coram hominibus, alij co-  
ram DEO. Coram seipsum magni  
sunt, quicunque magni se æstimant,  
ambitioni, superbi. Sed æstimant  
tantum, revera non sunt magni, sed  
tunc tantò sunt inferiore loco,  
quanto altiore se consiliter arbitran-  
tur. *Dicis, quod deus sum, & nescis,  
quia tu es miser & miserabilis. Apoc.  
3. v. 17.* Coram hominibus magni  
sunt, qui ob suas prærogativas æsti-  
mantur ab omnibus, amantur, ado-  
rantur. Sed nec isti revera sunt  
magni, quia non sunt Magni absolu-  
te, sed tantum quoad illos, qui tales

putant, non quoad alios, qui non  
putant. Et ideo ista magnitudo tri-  
bus ex capitibus non est magni facien-  
da. primo quia homines sepe mag-  
nitudinem in eo constituunt, quod  
non est nisi magnitudo fumi, hoc est,  
in vanitatibus, thronis, sceptris, co-  
ronis, & ideo solide non subsistit.  
Deinde licet in eo constituant, quod  
est vera magnitudo, qualis est sancti-  
tas, sapientia, non semper illi tribuunt,  
qui meretur, quia sepe sanctum aut  
sapientem judicant, qui talis non est.  
Denique etsi tribuant merenti, justam  
servare nequeunt mensuram: plus  
laudis illi tribuunt, qui meretur mi-  
nus, & minus illi, qui amplius mere-  
tur.



tur. *Mendaces filij hominum in stateris.* Illi igitur reverà magni sunt, qui sunt magni coram DEO, quia DEUS dum magnos judicat, facit. O quàm divertus est ejus sermo à sermone aliorum! alij præsupponunt meritum in ijs, quos laudant, ipse verò dat: *Ipse dixit, & facta sunt.* Pl. 148. v. 5. Jam igitur quænam trium istarum magnitudinum, quas diximus, tua est? Utinam non sit illa primi generis, hoc est, imaginaria, & unice in mente tua existens. *Contemptibilis tu es valde: superbia cordis tui exulit te habitantem,* ubi? fortè, ut tute tibi imaginaris, in tertio cælo? nequaquam, sed in speluncis. *habitantem in scissuris petrarum.* Abd. 2.

2. Considera his magnis primi generis non loqui sapientem, quia dicit: *Quanto magnus es, & isti non sunt magni, sed minimi.* Sed neque magnis secundi generis loquitur, quia dicit: *quanto magnus es: illi verò non sunt, sed putantur.* Superest ergo, ut de tertio genere loquatur, eorum nempe, qui sunt magni. & si felici forte unus ex horum numero fueris, an fortè habes, unde tibi complaceas? imò prorsus contrarium. verè magnus es? tantò igitur amplius tibi præcipitur, ut humilies te ipsum: *Quanto magnus es, non ait, putaris, sed es; quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Et cur? duabus maximè ex causis. primò, quia æquum magis est, ut te humilies. Secundò, quia magis est necessarium. *Æquum magis est, quia quò excelliora sunt bona, quæ*

habes, èò certius est tua *Quid habes, quod non accipias?* tus tua vulgaris esset, aliquam placentia tua excusationem. At cum eximia sit, & supra nem elata, stultus es, si illius tibi tribuas. Deinde etiam necessarium est, quippe vides tantò tibi amplius carere ne tibi DEUS in hunc modum majus est, quod indignando te test auferre? porro si unquam facillimè indignatur, si de illis efferas, quod adeò luculenter ipsius esse. Si tu fortè inopie dicabulum ex commiseratione splendide vestivisses, istud videres deinde inter alios rerum greges se insolenter & præferre cæteris, noscitur illum iracundè detrahere DEUS facit. cum aliquem habitum tibi largitur, negat te test, quin te expoliat, & ad exornet. Sed demum aliud nisi habitus: *Sedere in circumstanti induamini virtute ex alto.* Luc. 29. Proinde sicut illo te induratus exuere & spoliare poterat, quid igitur tantò majorem habitum timendi, quanto pretiosum habitus, quem gestas? si perdetis nolis, humiliari necesse est. *Major es, humiliare in omnibus.* cæo, quòd juxta incrementum rerum crescat etiam ratio reddenda. *Cui plus datum est, plus respicietur.* eo. tu verò quomodo contempseris te agnoscis? notare potes domi-



DEUS, juxta illud. *Nos quidem*  
*in Spiritum hujus mundi accepimus,*  
*sed Spiritum, qui ex DEO est, ut sci-*  
*amus, quæ a DEO donata sunt nobis.*  
 Sed scire non potes, quomodo vicissim  
 respondeas. Dices equidem: *Nihil*  
*mihi confusus sum, sed pariter fateri*  
*compelleris: non in hoc justificatus sum.*  
 Considera, quemadmodum non  
 sufficit, humiliari in uno solo dono,  
 sed necesse est humiliari in omnibus, ita  
 non esse satis humiliari uno solo mo-  
 do. Vides, quot sunt modi humilia-  
 tionis? cogita eos tibi præscribi, cum  
 dicitur in omnibus. Humiliari te o-  
 portet in cogitationibus, humiliari in  
 verbis, humiliari in operibus. Quoad  
 cogitationes, quantum potes intra in  
 cogitationem tuam nihili, quæ vera est  
 humilitas, & cum consurgant ali-  
 quando cogitationes vanæ, eas expel-  
 le, deestare, vel saltem ad auditum  
 non admitte: ita ut si quis ex te qua-  
 ratur, ut se habeat vana gloria, promptè  
 possis respondere cum S. Vincentio  
 Ferrerio. Vadit, & venit maligna,  
 sed non subsistit. *Non adhaesit mihi cor*  
*pravum.* Pl. 100. v. 3. Quoad verba,  
 fuge equidem humilitatem affectatam  
 (ne facias illorum more, qui studiosè  
 repellunt laudem, quæ ipsis tribuitur,  
 ut instar pilæ tantò majore impetu re-  
 deat, quanto fortius rejicitur) sed  
 etiam veram humilitatem semper re-  
 tine. Sine cadere laudem, ad mo-  
 dum pilæ, & per se ipsam in terram  
 emori. Eos libenter lauda, qui digni  
 sunt laude, & libentius, cum laudan-  
 tur, ausculta, quippe laudare alios

nasci aliquando potest à superbia, sed  
 non perinde, si alios audias laudari,  
 gaudeasque. De te ipso quam potes  
 minime loquaris, quia thesauri, cum  
 ostenduntur, parum abest, ut perdantur:  
*Aperti sunt thesauri, & evanue-*  
*runt nebula sicut aves.* Eccl. 34. &  
 si fortè de te loqui necesse sit, idioma  
 usurpa jam propè exoletum in mundo  
 veterum Sanctorum, qui res non direc-  
 tè sibi indirectè DEO tribuebant, sed  
 vice versà. ne dicas. favente DEO  
 lucrari istam animam mihi contigit:  
 dic potius; eam lucratus est DEUS.  
*Filij mei sunt, quos donavit mihi DEVS,*  
 ajebat Joseph. Gen. 33. v. 5. *Dom-*  
*inus DEVS Israel prohibuit me, ne ma-*  
*lum facerem tibi.* dicebat David ad  
 Abigail pro Nabal sollicitam. 2. Reg.  
 25. v. 34. ita mille locis loquitur scri-  
 ptura, adeò vulgaris erat hæc lingua.  
 hodie verò propè evanuit. tu verò il-  
 lâ utere, quia vera est lingua humilita-  
 tis. Quoad opera, stude quotidie a-  
 liquem exercere actum humiliationis,  
 saltem modicum, ut tuæ memineris  
 vilitatis. nôsti humiliationem veram  
 esse ad humilitatem viam. Id verò  
 nihil est respectu illius, quod potes  
 facere. Nihil excipit, qui dicit: *hu-*  
*mila te in omnibus.* & si tu amplectar-  
 is omne genus humilitatis, numquid  
 implebis omne genus Justitiæ? Ita  
 sentit, qui doctè affirmat, cum Chris-  
 tus Præcuratori suo dixit: *sine modo,*  
*sic enim decet nos implere omnem justitiam,*  
*dicere voluisse: decet implere*  
*omnem humilitatem.* Superbia omne  
 genus iniquitatis erga DEUM com-  
 plectitur:



plectitur: *superbi iniquè agebant usquequaque.* ita humilitas è contrario continet omne genus Justitiæ.

4. Considera grande præmium, quod hoc facienti promittitur. *coram DEO invenies gratiam*, qualis autem erit hæc gratia, quam invenies? illi certè, quam tot alij per superbiam perdidit. illa, quam perdidit Adamus, perdidit Saul, perdidit Salomon, perdidit ipse quondam Lucifer, gratia maxima. nec quidquam time, ne forte non invenias, illa tibi certò promittitur. unde non dicit *reperies*, sed *invenies*. & cur non dicit *reperies*? quia casus non erit, si eam invenias, sed meritum querentis. nec mirum. humiles planè sunt illi, quibus DEUS libenter dat gratiam. *humilibus dat gratiam*, quia humiles servi sunt fideles, hoc est, non furantur. an ignoras servis fidelibus consignari in manus pretiosissima quæque scriptura, reconditas scripturas? ita DEUS solet facere humilibus. idcirco Moyses jam olim honoratus fuit præ omnibus sanctis veteris testamenti summâ potestate, summisque prodigijs, quia servus fuit fidelissimus. *Moyses in omni domo meâ fidelissimus est.* Num. 12. v. 7. & in quo ejus fidelitas consistebat? in eo, quod nihil sibi arrogaret de tantâ potestate, tantisque prodigijs, imò neque de tantâ familiari commercio, quo usque est DEUS loquendo illi facie ad faciem, sed totum DEO adscriberet: *Dominus solus dux ejus fuit.* Deut. 31. dicebat DEUM solum fuisse ductorem populi à se gubernari, tanto la-

bore, de se mentionem non facit. Vin' igitur, ut DEUS te curam tua maiore, quam fuerit habere, esto fidelior.

5. Considera opus non esse recurrere ad legem veterem, ut nias fidelem servum, quem tu habes enim in novo. sicut in DEUS de Moysè. *In omni domo fidelissimus est*: ita pariter dicere potu' de Joanne: quæ major fidelitas, hoc est humilitas illa Joannis. fuit is haud dubitè mus coram DEO: *Erit magis coram Domino.* Luc. 1. ita de se dicebat Angelus Zachariæ. Scimus minus fuit magnus coram hominibus & magnus quidem, etiam Christi paratus. Unde hoc quædam impletum est vaticinium. Te quanto in pretio fuerit apud me, et si nòssent eum non esse de Juda, credere tamen volebant esse Messiam, et si nulli saltem redderet, nulli furdo audirent miraculis aestimare volebant. Item rem ipsomet Christo, qui etiam tuos è tumultu suscitabat. quæ stis fuit lucerna, quæ non ardebat sed & lucere potuit in conspectu solis? *coram Domino.* Ille erat *cerna ardens & lucens.* Jo. 8. & tamen quis explicet fidelitatem Domini sui luera procurabat? etiam pro dona, oblatos ipse vit honoravit. Et Messia titulos, nec aliter nisi nomine se appellavit. *Ego pater potuit Angelus*, de quo Malachi vaticinatus est *Eccc ego mitto Angelum*



queam, qui preparabis viam tuam ante  
 te. Mal. j. quia si non erat Angelus  
 natus, erat officio, erat legatione,  
 qui fungebatur pro DEO: Angelus,  
 quia, et non creatus, natus tamen fuit  
 cum usu rationis: Angelus, quia in  
 terra vitam duxit Angelicam, sine vi-  
 citio, sine vestitu. Angelus, quia nun-  
 quam amisit primam illam gratiam,  
 quam accepit, sed auxit potius: An-  
 gelus ob vigilantiam summam, Ange-  
 lus ob Virginitatem, Angelus, quia  
 semper vidit faciem Domini sui, ne  
 quidem inter turbas amittens donum  
 illud contemplationis excelsum, quo  
 in solitudine fruebatur. Nihilomi-  
 nus distulit tantis Encomijs solum  
 illud reperit Isaiæ: *Ego vox claman-  
 tis*, ut ostenderet se in hoc mundo a-  
 liud non ambire officium nisi Vocis.  
 & hoc sanè prorsus obtinuit, quia  
 quemadmodum vox fidelissima est in  
 exprimendis conceptibus animi, nihil  
 tamen sibi tribuit de bonitate, pulch-  
 ritudine, gloriâ talis conceptus; ita  
 Joannes tecit respectu Christi, ejus,  
 inquam, Verbi, ejus vox erat, factus  
 est solummodo vox in eo manifestan-  
 do, vox sonora, vox magna, vox for-  
 tis, qualis erat necessaria turbarum  
 populi, qui illum audiebat: *Vox cla-  
 mantis*. Sed denique non est factus  
 nisi vox præconis. *Vox clamantis*,  
*parato viam Domini*. hoc est, vox esse  
 voluit, quæ laboris habet plurimum,  
 minimum gloriæ. illum verò iterum  
 iterumque beatum! quanto enim  
 magis se humiliavit, tanto plus inve-  
 nit gratiæ exaltatus à Christo. *Inter*  
*R. P. Pauli Segneri Manna Anima.*

natos mulierum non surrexit major Jo-  
 anne Baptista. ita sanè: nam quid a-  
 liud nisi gratiam significat nomen Jo-  
 annis? semper ergo invenit magis,  
 quod possidebat. tu magnum hunc  
 sanctum tibi statue Ideam si non ma-  
 gnitudinis, saltem humilitatis, & sic  
 tu quoque cum proportione gratiam  
 invenies, quam ille invenit. *Quantò*  
*magnus es, humilia te in omnibus, &*  
*coram DEO invenies gratiam.*

6. Considera denique, cur non di-  
 catur *Quantò major es, sed quantò ma-  
 gnus*, numquid rectius diceretur:  
*quantò major?* nequaquam. & qua-  
 re? quia ita æstimare te debes, uti  
 DEUS æstimat, quæ sola est vera ma-  
 gnitudo. jam verò DEUS te non æsti-  
 mat huic comparando vel illi, sed jux-  
 ta id duntaxat, quod es in te ipso. ita  
 te quoque facere oportet. Si te cum  
 alijs compares, minoribus imprimis,  
 rem simul agis iniquam, & inutilem.  
 inutilem quidem, quia aliud non facis,  
 quàm Apostoli disputantes invicem,  
 non quis esset, sed quis eorum videretur  
 esse major. *Iniquam*, quia nulli  
 potes præferre te ipsum propter id,  
 quod tuum non est. Si te præferas,  
 faxit DEUS, ut non repente fias mi-  
 nor etiam illis, quibus te præfers, uti  
 Phariseo accidit, qui statim effectus  
 est minor publicano, quo se  
 existimabat majorem.





*Gaudete in illâ die, & exultate: ecce enim merces vestra  
in caelo. Luc. 6. v. 23.*

1. **C**onsidera omnem exultationem nasci à gaudio, sed non ab omni gaudio nasci exultationem, tunc solum hæc nascitur, cum illud est vehemens, quia tale cum sit, contineri nequit intra angustias animi, sed prorumpit in corpus. *cor gaudens exultat faciem.* Prov. 16. v. 13. ut adeò sicut gaudium est proprium animi, ita exultatio sit propria corporis. Vide nunc quousque gaudere te Christus velit, illo ipso tempore, quo ejus causâ te oderunt alij, spernunt, rident, persequuntur: *in illâ die.* Vult ita te gaudere, ut manifestum sit gaudium, hoc est, non internum duntaxat, sed etiam externum. id quod plurimum valet ad commendandam ejus servitutem, ad animandos ipsius famulos, ad confundendos inimicos. Tu verò quid dicis, dum tempore illo ne quidem intus gaudere potes in corde, ne dum exultationem in vultu monstrare?

2. Considera non sine causa petere Dominum, ut non solum gaudeas inter adversa, quæ toleras pro ipso, sed etiam exultes, quia pro ipsis in caelo gloriam pollicerur, quæ adeò magna est. Proinde hæc gloria in novo Testamento quatuor appellatur nominibus, videlicet Mercedis, coronæ, bra-

vij, hereditatis, quæ omnia illi in se conveniunt. Necessè est ad illam obtinendam multum exantillare laboris: & sic nomine mercedis intelligitur quia merces est propria laborum. *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* 1. Cor. 3. v. 18. Necessè est ad illam obtinendam resistere inimicis, quæ studio quarunt ejus ademptionem, ut sunt Caro, Mundus, & Dæmon. & ideo illa nomen habet Coronæ; quia corona proprie pugnantium. *Non coronabitur quis legitime certaverit.* 2. Tim. 2. Necessè est ad illam obtinendam revertere tot alios competitors, quos omnes ad eandem gloriam invitasti, sed non electi. & ideo nomen habet Bravij, quod est proprium certantium. *Qui in stadio certant omnes quidem currunt, sed non omnes capiunt bravium.* 1. Cor. 9. Necessè est ad illam obtinendam esse in flagrantibus, hoc est, Adoptionis Divinæ, ideo denique nomen habet hereditatis, quæ est propria filiorum. *Et heredes sumus.* Rom. 8. v. 17. Sed quamvis gloriæ Cælestis tamquam quatuor cuncta hæc nomina, Christus tamen in Evangelio suo præcipue voluit usurpare primum videlicet Mer-



dis: *Mercus vestra copiosa est in caelis.*

*Mercedem propheta accipiet. Non*

*prodes Mercedem suam. Voca opera-*

*rio. & redde illis Mercedem.* Ad de-

signandam certitudinem consequendi.

Non est retributio ulla, quam adeo

certo possis tibi polliceri, quam qua

debetur titulo mercedis. quamvis sint

aliquando homines tam crudi, ut etiã

hinc negent, de DEO non est cur du-

bites. *Promisit, qui non mentitur,*

*DEVS. Tit. 12. Videri possit satis*

esse, quod dicat: *Promisit DEVS,* nam

quis dubitat DEUM aliud demum

non esse quam Veritatem? *DEVS*

*veritas est. Jo. 4. cujus proinde con-*

*trarium esse mendacium necesse est.*

voluit tamen Apostolus adungere

verbis adeo disertis, *qui non mentitur,*

ut confundat te ipsum, qui cum assue-

veris solum agere cū hominibus terra,

sape opus habes, qui suggerat, Deum

non esse similem illis, cum quibus agis,

scilicet mendacem. *Non est DEVS*

*quasi homo, ut mentiatur. Deut. 23.*

Audi igitur, ut dicat Dominus, mer-

cedem istam jam esse tuam, etsi non-

dum illam possideas: *Eccce enim mer-*

*cu vestra multa est in caelo.* non ait:

*Multa erit in caelo, sed multa est,* adeo

vult te reddere securum.

3. Considera, quam merito mer-

ces ista multa dicatur: quia multum

superat laborem, qui pro illa obti-

enda est sustinendus. Illa, quam ut

plurimum ab hominibus accipis, mer-

ces est coacta & parca. ista verò su-

perabundans, quia aliud demum non

est, quam ipse DEUS. *Ego merces*

*tua magna nimis.* Nec mireris mer-

cedem istam nunc magnam, nunc

multam dici. Magna est ob magni-

tudinem bonorum, quae complectitur:

multa est ob eorum multitudinem.

quid enim superest boni, quod desi-

derari à te possit, si illum possideas,

in quo continentur cuncta bona? *Sa-*

*tiabor, cum apparuerit gloria tua. Pl.*

*5. v. 16. non inuenies in terra genus*

*aliquod boni, quod vel solo conspe-*

*ctu te fatiet, imò famem potius exci-*

*tat. DEUS autem, dum videndum*

*se offert, famem simul accendit, &*

*fatiat, ita tamen, ut relinquat semper*

*famelicum.*

4. Considera multam istam merce-

dem insuper esse in caelo. *Mercus*

*vestra multa est in caelo.* Sipro labo-

ribus, quos exantlas pro hominibus,

mercedem etiam copiosam ab illis re-

feras, ubi demum refers? refers in

terra, hoc est, in loco, ubi facillimè

perire potest, vel perdi. Non ita in

caelo res habet, quia hæc est illa regio

fortunata, *ubi neque arugo, neque ti-*

*nea demolitur.* & sic merces perire non

potest per infectionem materiae sive

externam, qua per rubiginem deno-

tatur, sive internam, qua significatur

per tineam. *& ubi fures non effodiunt,*

*nec furantur:* & sic merces perdi non

potest per insidias prædonum. Ad

hæc quòdnam sincerum est bonum,

quo frui possis in terra? omne aurum,

quod hic recipis pro mercede, mistum

est scoriã. *Risus dolore miscebitur.*

solum in caelo reperitur obrizum.

Itaque dum discis à Christo merce-



dem tuam esse in caelo, discis pariter, esse stabilem, securam, maximèque perfectam.

5. Considera tria fuisse requisita à Christo verbis presentibus, ut gaudeamus. *Gaudete*. ut exultemus: *Exultate*. ut id faciamus eodem tempore, quo ipsius amore patimur, *in illa die*. & ideo tribus istis postulatis, quæ ad eò dura videntur, opponit totidem præmia jam audita. Gaudio certitudinem retributionis, quia est *Merces*. Exultationi amplitudinem, quia est *multa*. temporarietatem, quia est *in caelo*. Habes, quas pro Christo sustineas, hinc ad veritates no-

tabiles. Sed quamdiu durabunt, unicuique, *in illa die*. ubi est retributio, quam referes, nonne qui fieri igitur potest, ut non gaudeas ut non exultes? forte quis præter afflictio, præmium futurum? quid merces illa, quæ colono præstatur, vel artifice, ipsa quoque est? *Apud Dominum est merces*. Sap. 5. v. 16. & tamen quis exultabilem, quo quisque exultat, est difficilis quidam labor committitur, quamvis neque merces adeo longè esse putanda est. Ecce illam, quamquam primum aderit. *Ecce illa*

## XXVI.

*Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed sicut bonæ edificationem fidei, ut dei gratiam audientibus.* Eph. 4.

1. Considera ex lingua cognosci hominem: *Loquela tua manifestum te facit*. Mat. 26, quippe quem admodum audito pulsu illico advertis, an horologium in turri bene vel malè ambulet, ita paucis auditis verbis idem cognoscis in homine. Jam verò tribus modis debet homo in se ipso rite esse ordinatus, ut sapiens imò sanctus existat. ad se ipsum, ad proximum, ad DEUM. Sufficit ergo, ut tantisper audias loquentem, & mox advertes, an harum ordinationum aliqua desit. nam si audias illum prurumpere in verba audacia, adulatoria, ambitiosa, scurrilia, impatientia, ira-

cunda, livida, obscena, otiosa, mendacia, statim advertis malè ordinatum circa se ipsum. Si autem lum exorbitare verbis dupliciter mordacibus, maledicis, perverberatentios, contumeliosis, arrogans, mox advertis malè esse ordinatum ad proximum. Et si demum illi illi etiam procedere ad verba propheta, aut perjury, sacrilega, &c. quando olentia hæresin, cito advertis malè esse ordinatum ad DEUM. verò ad hæc tria genera reducitur *omnis sermo malus*. & ideo ad hæc referitur, quidquid Apostolus præbet, dum dicit: *Omnis sermo malus*



ex ore vestro non procedat. Est autem  
 ista male olentis & putridi odo-  
 ris, derivata à mala dispositione vo-  
 lontatis, sicut à mala dispositione vi-  
 scerum derivatur gravis foetensque  
 halitus: *Os fatuorum ebullit stulti-  
 tiam*, Prov. 15. v. 2. Neque dicas e-  
 jusmodi sermonem erumpere ex ore,  
 et alii, quin advertas, sicut erumpit re-  
 tre halitus, quia ad prostrigandam hanc  
 excusationem Apostolus uti voluit  
 hæc vocibus: *non procedat*. Dicre  
 oportet: *Omnis sermo malus ab ore ve-  
 stro non procedat*, non sic dixit, sed  
 potius: *Omnis sermo malus ex ore ve-  
 stro non procedat*, quia si procedat ex  
 ore, quocumque modo id fiat, reus jam  
 es, sive quia imperasti, ut exiret, sive  
 quia efficaciter non impedivisti. &  
 quare in Ecclesiastico dixisse putas  
 Dominum: *Ori tuo facito ostia, & se-  
 ras*, Eccl. 18. v. 28. numquid satis e-  
 rat dicere: *facito ostia*? non erat, quia  
 si porta seras non habent, indicium est  
 non habere custodiam, per eas cuique  
 liber est transitus, dixit: *facito seras*,  
 ut intelligas tibi præsidendum cum  
 clavi in manu, ita ut nulla syllaba ex-  
 eat sine licentiâ tuâ speciali, quan-  
 quam si efficere velis, ut non plus usur-  
 per licentiâ, quam ipsi dederis, castiga-  
 illam, cum usurpaverit, fac eam jeju-  
 nare plus quam velis: amaritudine ab-  
 fruehii, vel calore afflige immodico,  
 fatiga in precibus recitandis, quæ ipsi  
 displicent, vel saltem ad majus solito  
 silentium condemna: videbis, quan-  
 to illa sit futura modestior, at si ejus de-

licta punire nolis, nonne signum est te  
 saltem præstare consensum?

2. Considera quemadmodum ad-  
 hibenda custodia *ori tuo*, ut *omnis ser-  
 mo malus non procedat*: ita pariter ad-  
 hibendam, ut *procedat, si quis bonus est  
 ad adificationem fidei*, unde non præ-  
 cepit DEUS ostia ponere labiis, ea quo  
 clavo configere, sed serâ claudere: *ori  
 tuo facito ostia, & seras*, quia aperienda  
 subinde, prout convenire videbitur:  
*Tempus tacendi, & tempus loquendi*.  
 Eccl. 3. v. 7. quo posito, quis est sermo  
 bonus? sermo bonus is est, qui ostendit  
 hominem bene compositum in ordine  
 ad se ipsum, proximum, & DEUM. &  
 horum quicumque sit, semper ædificat,  
 atque ideo semper est *bonus ad adifica-  
 tionem fidei*, hoc est, *ad adificationem  
 fidelium* phrase usitatâ Apostolo, qui  
 sæpius usurpare solet Abstractum pro  
 Concreto, sicut cum dixit: *circumcisi-  
 onis loco circumcisorum*, *carnis loco  
 carnalium*, & sic de aliis, atque hic  
 sermo, qui bonus dicitur *ad adificatio-  
 nem fidei*, hilariter de ore tuo *procedat*,  
 non quòd à te prius obtinere consen-  
 sum non debeat, sed quia debet ultro,  
 & quasi facilitare nativâ procedere, ad  
 significandum sermonem illum, quem  
 opportunè cupis ingerere de rebus spi-  
 ritualibus, non debere esse coactum,  
 non extortum, sed quasi è re natâ se  
 insinuet sermonibus, eosque, si minus  
 pij sint aliquando, interrumpat. *si quis  
 loquitur quasi sermones DEI*, qui pene-  
 trant quasi ad fundum animæ sed sua-  
 vitate summa. 2. Pet. 4. v. 12. Et hoc  
 Fff 3 est,



est, quod dicitur: *Si quis sermo bonus est ad edificationem fidei, procedat, nempe opportune occupando locum sibi debitum, non invadat, non irruat, sed naturali passu procedat.* Dices te vereri spiritualem apparere inter homines, & introducere etiam suaviter de rebus sacris colloquia. sed cur vereris? an quod erubescas, an quod vanam gloriam metuas? si ideo, quod erubescas, ne dubita, quia hoc signum est, te tam procul abesse à spirituali perfectione, ut nemo facile te spiritualemente iudicaturus sit ex re tantilla, qualis est loqui de re, quae deberet ordinarium esse apud Christianos argumentum sermonis. numquid esse praetendis civis paradiisi etiam in praesens, cum quasi proscriptus vivis in exilio huius miseri mundi? cur igitur, quia in Babylone versaris, uti pueri in idiomate Palaestinae? si forte ob vanam gloriae metum hac lingua non uteris, maeste animo, quia inanis est metus, planeque frivolus. Intentionem dirige, & tum nihil omnino cura, quid in contrarium offerat phantasia sive scrupulosa, sive perversa. an putas ad alios iuvandos non esse conveniens, ut aliquem videre sinas non raro multa bona, quae facis, quae tu alias malles esse occulta? Hoc est, quod in agro Booz suis messoribus praecepit, nempe ut in metendo excidere sibi paterentur interdum plures spicas, quas alias suis illigassent manipulis, ut Ruth, quae eos eminens sequebatur, liberè & sine rubore pro utilitate sua colligeret: *De vestris quoque manipulis projicite ex industria, ut abs-*

*que rubore colligat.* Ruth. 2. v. 17. *semper caveas, ne quis obsequium emolumenti praestare in illo genere bonorum? In rebus loquens spiritualibus nitentem spectes sed charitatem quanam erit ista? juvare discipulos scultant, eo modo, quo peccata tenuitate. id quod hoc locutione Apostolus, cum ait: *Omnis sermo bonus est, ad edificationem fidei, dirigere, procedat, ut dei gratiam accipiat.**

3. Considera, cujus generis gratia, quam sermones tui dant audienti, si procedant modo perfecto. omnis generis est, excitans, coronans, sive quovis alio placeat appellare: *Doctrina dabit gratiam.* Prov. 13. v. 15. qui discunt, sunt in statu incipientium, & his discunt spiritum gratiam compunctionis, hoc est gratiam, quae illos miris modis pro ratione necessitatis, & indiget variis. Vel sunt in statu perfectum, & his dant gratiam tantum in perfectione in bono, quod faciunt profectus, quae est gratia cooperationis. Vel sunt in statu perfectum, & his dant gratiam laudandi DEUM, quod audiunt, & gaudendi, quae gratia complens atque coronans illorum opera bona, *sermo tationis.* If. 28. v. 5. & haec omnibus videtur indicasse Apostolus: *Qui propheta (i. e. qui loquitur rebus sacris) hominibus loquitur*



adificationem, & exhortationem, & consolationem, nempe ad adificationem incipientium, qui erecturi sunt adificationem spirituale: ad exhortationem Proficentium, qui erigunt, & ad consolationem Perfectorum, qui jam excedunt. 1. Cor. 14. v. 4. Incredibile est, quantum producant boni sermones, in omni genere hominum. Illi quidem revera plus non possunt quam disponere animos ad recipendam gratiam, quam denique dat DEUS; & tamen ab ipsis dari in fine testatur Apostolus: *Ut audientibus dei gratiam.* quia in hoc maxime illorum virtus consistit, quod certo modo ipsis quoque adhiberi possit collatio gratiae, sicut verba Sacerdotis, cum potestate sua

tam sublimi paenitentes absolvit. Stude igitur quanto potes affectu his sermonibus, tantoque magis, quia nihil utilitatis praestare potes audienti, quin tantundem ad te redeat: *Qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.* Prov. 11. v. 25. supposito nimirum, quod de rebus sacris cum eo loquaris, qui de his agit libenter. unde concludit Apostolus: *ut dei gratiam audientibus non contemnentibus.* quia si quis sermones istos contemnat, quis dubitet illi exponendos non esse ad publicam censuram? *Est tacens non habens sensum loquela, quod est timidi. Est tacens sciens, quod est apertum.* quod est sapientia.

Eccl. 20. v. 6.

## XXVII.

*Intrans in domum meam conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tadium convictus illius, sed latitiam & gaudium.* Sap. 8. v. 16.

Considera sermonem esse de sapientia Divina sponsa illa, quam deam eligere, cum qua conversari, & convivere oportet, ita ut in ea repetita quierem maximam per exercitium orationis non tantum quotidiana, sed assidue, quae nomine conversationis & convictus significatur. Convictus semper habet conversationem adjunctam, nisi casu impediatur, sed non ita conversatio convictum. Conversantur, qui in eadem civitate versantur; convivunt, qui in eadem domo exi-

stunt. Conversatio dicit interruptum commercium, convictus continuum. sic omnino cum DEO rem se habere puta. Quidam mane quotidie cum illo agunt, devotam faciendo orationem, sed interdum deinde de illo vix cogitant. & hi dici possunt cum illo conversari. Alij non solum mane agunt cum ipso, sed toto die per familiare Divinae praesentiae exercitium: & isti non solum conversantur, sed etiam convivunt. de quorum numero tu es? an satis tibi est conversari cum Domino,



mino, an eidem etiam convivis? utinam vel converteris.

2. Considera conversationem & convictum cum hominibus longè diversum esse à conversatione & convictu cum DEO. Conversatio cum hominibus affert amaritudinem, quia isti sunt naturà superbi, difficiles, arrogantes, & ideo citò creant fastidium. Convictus affert tedium, quia etsi tales non sint, homines tamen sunt, & ideo fieri non potest, quin longiore morâ tibi displiceant. Cum DEO non ita res habet. *Non habet amaritudinē conversatio illius, nec tedium convictus illius.* non est cur amaritudinem timeas ex convictu, cum sit naturâ dulcissimus. *Spiritus meus super mel dulcis.* Eccl. 24. nec est cur tedium metuas, quia ob hanc ipsam causam de se dicit *Spiritus meus super mel dulcis.* quia dulcedo ipsius non est ut illa mellis, quæ satietatem afferat. Age cum hominibus indolis quantumvis placida, bonæ, benignæ, fieri nequit, quin longiore morâ cognoscas deesse dorem, quam cuperes. & hoc sufficit ad parendum tibi fastidium. In DEO verò quam dorem desiderabis, quæ desit? Quò amplius cum illo agis, eò advertis esse perfectiorem, & ideo semper abes longius à periculo tædij, ita ut lapsu temporis non modò amaritudinem ejus conversatio non afferat, nec tedium convictus, sed ut in conversatione suâ te lætitiâ cumulet, & in convictu gaudio. *Non enim habet amaritudinē conversatio illius, nec tedium convictus illius, sed lætitiâ &*

*gaudium: hoc est, conversatio illius habet, convictus gaudium.*

3. Considera lætitiâ & gaudium etiam continuum invicem contineri, sed in rigore sumendo satis effectiva: quia gaudium solem est de presenti, lætitiâ etiam de futuro. *peccatio iustorum lætitiâ.* Prov. 14. Cùm audis jam viciniam esse maris, quem è remotis regionibus cum impatientiâ expectabas, te impellat ad occursum. Sed hæc propriè loquendo sentis lætitiâ non sentis gaudium, tunc gaudium sentis, cùm præsentem sulcipis, plesteris, oscularis, atque delectare cognoscis bonum, quod habes. Idem est in casu nolentis conversatio, quam habes cum gaudio manè tantisper agis cum gaudio deinde interdum non recordaris, quod afferre non potest plenam illam lætitiâ, quam gaudium vocamus, quia tunc dici potius potest, quam possidere ejus præsentem lætitiâ, quæ tam modicâ parte generat ad exercitium illud præsentem lætitiâ, quod est proprium convivi, hoc fieri non potest. Meditari oportet, id quod non est sine absentia boni amari, cui tu parum obviam passibus imaginationis intellectus, vel affectuum non fluunt: & ideo dum hoc agis, tiam scire nequis, quid sit gaudium. Tunc gaudium accedet lætitiâ, consecutus fueris, ut eum semper habeas præsentem illâ totius diei cogitatio.



per continuâ, quæ vultum ejus quasi  
divertico indulget. *Larificabis eum  
gaudio cum vultu tuo.* Pl. 20. Inte-  
rum bono esto animo, quia quod aptio-  
rem illi te facies, etiam magis senties  
hanc lætitiâ propriam illi. qui bo-  
num suum jam non procul abesse ad-  
vertit, & ita non cum afflictione id spe-  
rat, ut ille, qui longius abest, sed cum  
lætitiâ, ut is, qui propè est.

4. Considera gaudium istud præ-  
sens boni pacis esse causam. & sic cum  
quis revera pertingit ad id, quod di-  
cebamus, exercitium præsentia Divi-  
na, pacem consequi maxiam. &  
hinc est, quod talis oratio, cum suam  
perfectionem consequitur, dicatur  
Quietis. *Intrans in domum meam con-  
quiescam cum illâ.* O quantâ Spiritus  
fruitur quiete, cum familiariter con-  
versari cor. ñuevit cum sponsa sua, hoc  
est, cum illa sapientia Divina, de qua  
hic sermo est. eam invenit, quoties  
libet, nec aliud cupit magis, quam illi  
assidere, ut tacite auscultet, quid di-  
cat. Tenet in ea actu tres. suas nobilif-  
simas potentias concorditer unitas, &  
ideo non solum *quiescit*, quasi in ma-  
gno quodam silentio, sed *conquiescit*,  
quasi in placido somno non habet am-  
plius, qui eum interpellat. jam cessâ-  
tione strepitus phantasia, jam cessavit  
labor intellectus, & dum omnes ejus  
potentia fruuntur pulchritudine ven-  
tatis excelsæ, quam præsentem ha-  
bent, ipse aliud non agit, nisi quod eâ  
contempletur, admiretur, amet, atque  
de ea complaceat. advertendum autem  
non dicere sapientem: *Conquie-*

R. P. Pauli Segneri *Manna Anima.*

scam apud illam, sed *conquiescam cum  
illâ*: liquidem Spiritus non stat atro-  
nitus, sideratus, & quasi exanimis ad  
conspicuum sponsæ suæ dilectæ: sed  
vivus emicat, & cum ea agit suaviter,  
atque, ut diximus, illam contempla-  
tur, miratur, amat, complacet, sed ita,  
ut nullo modo fatigetur, & sic operan-  
do quiescit: *conquiescit cum illâ*, non  
*apud illam*. Hæc est ergo terra illa  
quietis, ad quam pertingimus post lon-  
gum iter per deserta inter ariditates &  
desolationes, inter distractiones, &  
cetera adversa, quæ in meditatione  
non semel oportet sustinere, donec eò  
pertingamus. In hac terrâ requies  
habitat sapientia, in qua ipsa quoque  
post opus septem dierum requieverit.  
*Requievit die septimo ab universo opere,  
quod patrârat.* Gen. 2. v. 2. & ideo tu-  
um Spiritum. invitat ad eandem cum  
ipsa requiem capeffendam.

5. Considera ad hoc ipsum alluisse  
sapientem, cum dixit: *Conquiescam  
cum illâ.* quia requies, quâ in ejusmo-  
di oratione fruitur Spiritus, sumillimus  
est illi, quâ sapientia fruitur, cui de-  
sponsatur. Sapientia septimum asse-  
cuta diem, vidit opera tam pulcra, quæ  
fecerat, sed vidit pariter iis se non in-  
digere, & ideo in iis non quieverit ad  
modum artificis humani: sed solum  
ait: *Requievit die septimo ab universo  
opere, quod patrârat, ab opere non in o-  
pere.* sed quomodo dici potest requie-  
visse? numquid eodem die septimo  
perrexit operari conservando res fa-  
ctas, & adhuc operatur quotidie pro-  
ducendo arbores, animalia, variaque  
G g g gene-



genera mixtorum? Certè hæc ipsa sapientia delapsa in terram his, qui eam violare Sabbathum criminabantur, contestata est, nec in Sabbatho quidem se cessare, quo aliis proficit: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Jo. 5. quâ igitur ratione dicitur: *Requiescit?* dicitur quiescisse, quia facere desinit, si ita loqui licet, opera laboriosa. Opera, quæ nunc facit sapientia Divina, sunt opera productionis, non creationis. aliud est *producere*, & aliud *parare*. *Parare* est id efformare, quod non est, *producere* est adducere ex virtute illius, quod generandi habet facultatem. & ideo hæc opera non sunt amplius instar illorum, quæ requirebant, ut sic dicam, vires omnipotentia Divina: sed sunt opera, quæ comparata prioribus dici possunt requies. & hinc merito de sapientia dicitur: *Requiescit die septimo ab universo opere, quod patrârat.* Idem certo modo facere puta Spiritum in illâ suâ oratione quietis tam altæ, quæ dici possit ipsius Sabbathum delicatum. Quiescit, sed quomodo quiescit? numquid etiam operatur? ita sanè, sed non operatur ut prius, cum cepit meditari. Tunc solum faciebat opera laboriosa: *patrabat*, quia, ut ita dicam, creandæ erant imagines, creandæ cognitiones, creandi affectus, in quibus se detinebat: & consequenter necesse erat magnâ vi applicari potentias. at modò non sic agit, operatur ista tantâ facilitate, ut non videatur operari, quia solummodo *producit*, non *parat*. & ideo quiescere dicitur. Videt equidem illa o-

pera laboriosa, quæ olim modo fecit, cuncta fuisse bona: *creavit bona*, quia in virtute contrivit, alia opera suaviora: *in illarum requiescit*; quia illis opus non erat, sed potius *requiescit ab illis*, quæ opera potius productionis quam creationis: *Requiescit ab universo, quod patrârat.* Numquid tamen que juvat consequi terram quæ deo fortunata, ubi cessaverunt laboriosi, & est quasi contrivitum barum? Hoc nempe mirifice dicitur Apostolus, cum dixit: *Requiescit Sabbathum populo DEI.* quod *ingressus est in requiem ejus*, hoc terrâ, quam diximus, *etiam requiescit ab operibus suis*, sicut & in Heb. 4. v. 9. Porro si ad tale Sabbatho multos præmittendos dicitur: *In die septimâ Sabbathum est* 16. v. 26.

6. Considera hanc terram, fortè tibi videri satis longè paratam, ita ut superandi sint montes, ita ut da maria, ad eam attingendam, admodum Hebræis contigit, ut pro in Palæstinam proficiscerentur. Non est ita, in te ipso occurrit loquentem Sapientem: *Intra munitatem meam, conquiescam cum illa*, esse non est te ire in domum, quæ esto, qualem esse te oportet, precor, & sponsa ad te veniet, ut ut eam ad te voces: *Invocavit, & venit in me Spiritus sapientia.* Sapientia Interest autem te bene intrare, quæpsum, quamdiu enim vagaris in



nis sensum, nihil agis. Recede à com-  
 mercio rerum creaturarum. quid juvat  
 tantum videre, audire, & loqui? quam-  
 tum hoc agis, non es domi tuæ conclusus,  
 sed foris vagaris. foris autem est  
 venter sapientia, moneat, instruat,  
 corripiat, non osculatur. *Sapientia foris  
 prædicat: in plateis dat vocem suam,  
 & non oscula sua: in capite turbarum  
 clamatur: convertimini ad correptionem  
 meam.* Prov. i. v. 20. si frui velis Cœ-  
 lestibus ejus delicijs, amplexibus,  
 blanditijs, amoribus, desere plateas.  
 etiam apud recessus à creaturis efficere  
 solas potest, ut verè in oratione de-  
 sponsentis sapientia, ut ejus conversa-  
 tione fruaris, & convictu, ut in ejus

commercio experiaris quietem illam  
 adeo beatam. Quamdiu frui cupis  
 creaturis, nunquam frui poteris illa-  
 rum conditore. Ne quæras cum his  
 agere amplius, quam necesse sit, ut  
 ipsas quoque pertrahas ad cognitio-  
 nem veri boni, quod tu cognoscis.  
*Qui audit, dicat: veni.* ceterum an  
 non vides, quæ sit illarum conversa-  
 tio, quis convictus? illarum conversa-  
 tio amaritudine plena est, convictus  
 plenus tædio. nondum id tibi persua-  
 des? signum est, te nondum esse  
 expertum nec conversatione

Domini, nec convi-  
 ctum.

\* \* \*

## XXVIII.

*No verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces DEI manet  
 in æternum.* Eccli. 18. v. 22.

Considera, etsi merces illa, quam  
 DEUS servis suis preparavit in  
 Paradiso, merces esset ordinaria, ne-  
 minem esse oportere in mundo, qui  
 non libentissimè pro illâ obtinendâ o-  
 mni conari allaborer, quia est æterna.  
 quanto nunc magis, dum merces est æ-  
 terne magna, ut dicatur *Merces DEI*?  
 an parcas à Domino tantæ Majestatis  
 expectari posse mercedem, quæ non sit  
 eximia, non summa? seire sufficiat  
 dandum tibi pro mercede, quantum  
 in se ipso boni possidet. *Ego merces  
 tua magna nimis.* quomodo ergo pro  
 mercede tam ineffabili non te impen-  
 des, non sudabis, non sustinebis quem-

cunque gravissimum laborem usque  
 ad ultimum vitæ spiritum? *No vere-  
 aris usque ad mortem justificari, quoniam  
 merces DEI manet in æternum.* Equum  
 erat, ut mercedem æternam anteiret,  
 si non æternus, quod erat impossibile,  
 saltem plurimorum seculorum labor.  
 & tamen ecce quàm ille sit brevis, ma-  
 ximè ætate nostrâ, quæ apud plerosq;  
 vix ultra annos 30. porrigitur; cum  
 ad sexaginta vel septuaginta pervene-  
 rit, longissima videtur. & tamen tam  
 parum tibi volupe est laborare, ut to-  
 tam gaudeas æternitatem. DEUS mi-  
 sericordiâ infinitâ continuò homini-  
 bus vitæ spatia contrahit, ut tantò

Ggg 2 nu-



minùs possint conqueri, si salutem non consequantur.

2. Considera quosdam ad eò procul esse à suscipiendo tali labore pro ademptione Paradisi, ut etiam vereantur. *Verentur* crebriori uti oratione, verentur saepe sacram sumere synaxin, verentur uti ad profectum suum diligentia, quæ videatur sollicita. *Verentur justificari usque ad mortem*, numquid hoc est credere, quasi facias nimium pro salute? si potius crederes, uti revera oporteret, te parùm facere, vereris potius, ne videaris ab omnibus studio illam negligere, & proculcare. Cum exigua est merces, tunc est materia vendendi, si pro illa multum defudes, laboresque: hoc enim est imitari araneum, qui eviscerat se ipsum, ut demum labore suo prædam faciat vilium muscarum: at si magna sit merces, quis veretur videri pro ipsa non laborare tantùm, sed & mori? & hæc tamen est fidelium vecordia, non verentur, si videantur excurrere ad Indos usque, immittere se procellis, miscere conflictibus, exponere mille vitæ periculis, quia sciunt, si fortè contingat evadere, redituros se se onustos auro. Et postea verentur, si videantur plusculum jejunare, plusculum confiteri & sacra mensa accumbere, ut cælorum Regnum consequantur, nonne hoc est exiguam habere ejus Regni æstimationem? *Ne verearis usque ad mortem justificari, quoniam merces DEI manet in æternum.*

3. Considera, quàm bene dicatur: *Ne verearis usque ad mortem justificari*; quia non est, cur verearis usque

ad ultimum vitæ halitum ita prore, quasi singuli dies essent, quæ incipis fieri justus. & hoc tamen quod progressu temporis incipit minime verentur in servicio Domini, scilicet ad modum incipientium monstrare primam illam ab intentione, primam attentionem, nūquid insignis hæc est deceptio? *tra ego me non arbitror comprehenderit* inquit Apostolus, qui tamen tunc erat in perfectione progressum, idcirco, quæ retro sunt oblioscere, erubescat quodammodo eorum recedendo ad ea, ita pergit, *ad ea, quæ sunt extendens me ipsum*, novum mundum dendo calcar, novum stimulum destinatum prosequor ad brachia aliter, ac si nunc primum cursum ordiret. Phil. 3. v. 13. quæ ignorantia de eo tu vereris & erubescas, tantò es imperfectior Apostolus, tantò propius accedis ad meritum, magis incitandus est cursus, quo quo carceres relinquebas, servas, ideo verendum. *Ne verearis usque ad mortem justificari*. Quamquam verum non est, quotidiana tamen esse justificatione? O quot sunt perfectiones, quæ committuntur quotidie! quod si ita est, cur vereris quotidie te reputare non tyronem, sed peccatorem? imò talis sis, id semper faciendum est ad meritum justitiam, quod primò ad certam tinendam fieri assolet. *Qui post mortem justificatur adhuc*. Apoc. 22. v. 11. perfecte hoc Domini mandatum plebis, cum quotidie cogitatio hæc esse diem, quo incipias justificari.



## Festo SS. Petri &amp; Pauli.

*Jam non estis hospites & advena, sed estis cives Sanctorum, & domestici DEI, superadificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari Lapide Christo JESU. Eph. 1.*

Considera congregationem fideli-  
um, seu Ecclesiam, in Divinis  
Scripturis frequenter duobus appella-  
ri nominibus, nunc Civitatis, nunc  
Domus. Civitas publicis legibus gu-  
bernatur: domus vero privatis. id-  
circo Cives nullum habent nisi in pub-  
licis actibus inter se commercium.  
Domestici vero etiam in privatis. Ci-  
vitas regitur ab uno, qui Princeps di-  
citur: Domus ab uno, qui Paterfa-  
milias vocatur. porro ille, qui respec-  
tu domus suae est Pater, debet etiam  
esse Princeps bonus respectu civitatis  
suae, & is, qui bonus est Princeps re-  
spectu civitatis, debet etiam esse Pater  
respectu suae Domus. Jam vero Chri-  
stiana Respublica, si recte notas, de  
utroque statu, participat, quia quoad  
majorem partem, eorum nempe, qui  
subjecti sunt ad observanda praecpta,  
est instar Civitatis. quoad minorem,  
eorum, qui subjiciuntur non tantum  
ad observanda praecpta, sed etiam  
consilia, est instar Domus, unde scri-  
ptum est: *Omnes domestici eius vesti-  
ti sunt duplicitibus, praecptorum scili-*

*et, & consiliorum. Christus Domi-  
nus noster aequaliter amborum est ca-  
put. caput eorum, qui sunt meri ci-  
ves, & caput illorum, qui domesticis  
comparantur. Caput corporis Eccle-  
siae. Coloss. nisi quod respectu prio-  
rum principem potius quam Patrem  
se gerat, quia eos solum legibus guber-  
nat communibus, qualia sunt praecpta:  
& respectu posteriorum potius  
Patrem agit quam Principem, quia  
eos gubernat non solum generalibus  
legibus praecptorum, sed etiam par-  
ticularibus consiliorum. ceterum re-  
vera Princeps pariter & Pater est: *Pa-  
ter futuri seculi, Princeps pacis. II. 9.  
v. 6. Quibus praemissis facile intelli-  
ges, cur Christianis dicatur: *Jam non  
estis hospites, & advena. quia si sint  
de illorum numero, qui subjacent ge-  
neralibus Christi legibus, jam eum  
habent pro Principe, & ideo respectu  
illius non sunt advena, sed sunt Cives.  
Si sint de numero illorum, qui subja-  
cent legibus Christi non generalibus  
duntaxat sed particularibus, eum habent  
non solum pro Principe, sed Patre, &***

Ggg 3 per



per consequens respectu illius non sunt hospites, sed sunt domestici. In quocunque sis statu, toto corde illi præsta homagium, & sponde, quod æternum pro eo habere velis, qui est, id est, timere illum, & amare, timere ut Principem, amare ut Patrem, & desiderare, ut idem faciant illi, qui modò eum non cognoscunt; atque adeò magis dici semper possit cum Isaia: *Ecce accola veniet, qui non erat mecum. advena quondam tuus adjugetur tibi.* II. 54. *Accola domui, advena civitati.*

2. Considera Ecclesiam istam, seu Communitatem tam Civium quam Domesticorum, in qua versaris, inniti magno fundamento, Apostolorum scilicet, & Prophetarum: quia ad comprobendam Religionis nostræ veritatem ambo pariter concurrunt, Prophetæ suis vaticinijs in lege veteri, Apostoli suis prædicationibus in nova, eo solum discrimine, quòd Prophetæ locuti sint tanquam de re futura, Apostoli de facta, cetera verò una planè eadèmq; res sit: unde non dicitur: *superædificanti super fundamenta Apostolorum, & Prophetarum, sed super fundamentum*, quia nulla vel minima inter eos inveniri potest differentia. Evangelium accipe, quanto cum gustu ibi licebit contemplari sigillatim cuncta adimpleta, quæ Prophetæ tantò antè de Christo prænuñciabant, juxta illud: *Paulus servus IESU Christi vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium DEI, quod antè præmiserat per Prophetas suos.*

Rom. I. v. I. Prædicebat, quòd Messias descensusurus esset de David, nasciturus ex Virgine, nasciturus in Bethlehem, nasciturus in tempore, quo sceperum foret adhiberi à Juda. quòd esset adorandus, fugiturus in Ægyptum, postea reversurus, habiturus in locum sanctissimum, habiturus in ferti, patraturus miracula, dicitur prædicaturus, passurus, et vendendus triginta argenteis, et turtus in Cruce modo valde ludibrio habitus, in sui sui aceto: præterea gloriòse ascendens, ascensus in caelum, et que sanctam missurus Spiritum, fidem suam pertracturus populo motissimos ope hominum, quibus nere ignobiles, vitibus imbecillis fortuna. omnia ista à Prophetis prædicta sunt ut futura, & cetera demus prædicata ab Apostolorum. Quæ res est fidelibus prælatij, ut explicari satis non potest, nam quis dubitet notitiam futuram amplam, tam exquisitam, eam etiam tor antè seculis non potest DEO proficisci: Miseri Hebræi, cum ista legant in suis libris de Christo, videantq; deinde tam beatè completa, necdum credunt? sed quoque prædictum est, eorum meros nec id quidem credituros, oculis cernerent. ita intellemus stolas, cum attulit illa verba: *Fiat mensa eorum coram ipso, queum; & in captionem, & in*



& in retributionem. Rom. II. Quam Hebraeis mensa ista sacratum literarum lautilima, quam praesentem habent loco salutatis nutrimentum est in laqueum, cum voces occurrunt ambiguae; est in captionem, cum perperam interpretando incidunt in errorem intellectus: est in scandalum, cum ex errore intellectus dilatantur in pertinaciam voluntatis: deinde est in retributionem, cum hoc modo puniuntur summa quadam ignorantia pro eo, quod tam superbe contra Christum sunt operati: Redde retributionem superbis. Pl. 93.

3. Considera fundamentum istud ex Apostolis & Prophetis compositum non esse proietiam primarium, sed secundarium tantum. Primarium Christi est, fundamentum ipsius fundamenti, uti S. Augustino loqui placuit: *Fundamenta fundamentorum.* In hoc, ipso scilicet summo angulari lapide Christo IESU fundati sunt viri illi praedicti, & nos deinde supra ipsos stabili: unde non dicimur *adificati*, sed *superadificati*, quia primo ipsorum aedificium, deinde nostrum formatum est. Verum tamen, utriusque eandem esse stabilitatem, cum sit plane idem, ipse lapis. Omnes aequaliter demum innascuntur Christo tanquam primo Lapidi fundamentalis: *Fundamentum enim aliud nemo potest parere*, non dicit alterum, dicit aliud, praeter id, quod positum est, quod est Christus IESUS. I. Cor. 3. v. 11. & hoc est, quod ait, *summo lapide*, non intelligendo excelsum, non elevatum, sed summum in

genere fundandi, seu primarium. Nunc ergo vide, quam speciosus sit lapis Christus IESUS Dominus noster. Vide impletum id, quod Isaias praedixit: *Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretiosum, in fundamento fundatum.* Is. 28. Quis dubitet, an tuto possit consistere in hoc lapide? non est lapis, qui cedat aliquando. Ecce quantas aquae, terra, ignis inundationes, quot feras & furias portis suis emisserit infernas, ut deiceret molem illam sublimem huic lapidi impositam, sanctam Ecclesiam, forsitan autem id consecutus est tot seculorum cursus? nihil minus, & sic neque futuris consequetur. *Porta inferi non prevalebunt adversus eam.* & tu ex animo gratias non agis DEO, dum vides fidem tuam in hac petra fundatam?

4. Considera, hunc lapidem dici *angularem*, quia in fundamento primario, quod format, conjungit, (quod est proprium lapidum angularium) lapides illos alios temporis spatio tantopere disjunctos, qui fornant secundarium, hoc est, Prophetas & Apostolos: quia univit Gentiles, quibus praedicabant Apostoli, cum Judaeis, quibus vaticinati sunt Prophetae, & e duobus populis unum fecit. *Ipsa enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Eph. 2. quo autem modo fecit? *medium parietem maceris solvens.* id. nempe deiciendo maceriem. Proinde imaginare tibi Gentiles & Judaeos stetit in mundo ceu campo quodam







## Commemoratio Sancti Pauli.

*Quis nos separabit à Charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est, quia propter te mortificamur totà die, astimati sumus, sicut oves occisionis) sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos, Rom 8. v. 31.*

1. Considera, quàm arctè Apostolus debuerit esse unicus JESU suo per amorem, quando in istam proprietatissimam illationem: *Quis ergo nos separabit à charitate Christi?* fuit ista quasi provocatio quaedam omnium malorum, ad experiendum, an scire possint aliquando, ut ipse delectatur amare, quia licet verba ista à charitate Christi duplicem habere sensum possint, nempe ut significant amorem Christi erga Paulum, vel amorem Pauli erga Christum, communis tamen sententià hunc potius quam illum significasse judicandum est. Aliis videtur majori proprietate fuisse dicturus Apostolus: *Quis separabit Corintum à charitate nostrà,* quàm ut diceret: *Quis nos separabit à charitate Christi?* deinde quis dubitet, cuncta mala, quæ superamus propter eum, qui dilexit nos, facere non posse, ut ille delectatur amare? faciunt potius, ut ille etiam magis amet, quàm prius. Periculum est, ne nos propter ipsa delectamur ab amore, ut qui nimio nobis constat. Id verò Apostolus certò promissit respectu sui nunquam futurum, & ideo concludit: *Quis ergo.*

2. Considera verbis istis, ut dixi, Apostolum mala omnia provocasse, quia omnia mala vel ad vitam pertinent vel ad mortem. unde vides illa prius, dein ista provocasse. & quia inter ea, quæ ad vitam pertinent, quædam sunt corporis, alia animi, primò illa provocavit, quæ sunt corporis, dein ea, quæ sunt animi. Ad corpus pertinent Tribulationes à tribulis accepto nomine, qui tam acuti doloris in carne causa existunt. & sic exclamavit: *Tribulatio?* Ad animam pertinent angustia, quæ homini coarctunt eor, cum viam non invenit evadendi è tribulationibus, in quas incidit. & sic clamavit: *An angustia?* Harum deinde tribulationum, quas diximus, alique consistunt in carentià illius, quod sustentandæ vitæ necessarium est, uti sunt victus & vestitus, & ideo Apostolus provocavit primò famem, tum nuditatem: *An fames, an nuditas?* alia consistunt in tolerantia ejus, quod equidem non auferit vitam, sed

Hhh facile



facile auferre potest, & binis his vocabulis totum continetur periculorum & persecutionum: *An periculum? an persecutio?* vel enim est malum à se ipso proveniens, & periculum vocatur: vel est malum, quod procuratur ab alijs, & tunc *Persecutio* vocatur. Jam verò quod ad mala attinet, quae mortem concernunt, omnia dixit, cum dixit gladium: *Angladius?* haec enim voce intelligitur mors non solum naturalis, sed & violenta, intelligitur cruciatus, strages, carnificina. Faxit DEUS, ut non malorum istorum unicum sufficiat ad te abstrahendum ab amore Christi. hinc concludere, quanta fuerit virtus illius, qui simul omnia provocavit.

3. Considera mala ista non provocasse Apostolum tam animosè, quasi mala forent possibilis sed non probabilia, uti sunt illa, quae tu nonnuncquam tibi in oratione representas, ceu fores à Barbaris Japonibus captivatus, oneratus catenis, vincetus compedibus, deinde pertractus in forum publicum, & lentis quoque ignibus torrendus. & interim videbis tibi habere animum, qui mala ista non tantum libens acceptet, sed & cupiat, cum mala sint remota, & probabilis quidem, sed non probabiliter eventura. non sic Apostolus. is provocavit mala, non proxima duntaxat, sed imminencia, & ideo subjunxit: *sicut scriptum est. Ecce sciebat se esse de illorum numero, de quibus scribitur, quod sint quotidie destinati ad mortem, sicut vilissima*

pecora ad macellum. *Pro mortificamur tota die: afflicti sicut oves occisionis.* Et haec cum sciret, ceterò judicium cruciatus, nullà strage, nullà cinà se advocari posse ab amore ferebatur in Christum: *Separabit à charitate Christi igitur sortem Sanctorum, solum mortificari, sed esse mortuos, vel potius mortuos: camur, & quidem tota die toto dierum suorum cursu: nos, qui vivimus, in novemur propter JESUM.* 2. Satis sit dicere non esse de pecoribus, quae destinantur ad trum: *estimati sumus sicut occisionis.* Hoc est, sicut illa quae occiduntur summa alacritate summà letitià, & absque ullo re commiserationis. *Veni tur obsequium se praestare Quid tu ad ista, qui adeo tificari, modis etiam acerbitur oves occisionis.* Unde Apostolus noluit provocare res prosperas vis istae quoque non raro videntur magnam ad homines abstrahendos à Christo. Solum pro adversas, quia sciebat per DEUM tiam non esse scriptum de se, in terrâ sit bene tractandus, habendus, & approbandus ad do, sed quod potius esset tractandus malè: *Scriptum est, quia pro-*



in rebus longè levioribus non modò supervincere non potes; sed neque vincere? nonne justissimam habes causam humiliandi te ipsum? audi, ut loquatur Apostolus: *In his omnibus superamus*, non ait, *superamus hac omnia*, sed in his omnibus superamus, ut ostendat, se in his malis non finivisse victoriam, si etiam plura fuissent possibilia, promptus erat etiam ad plura superanda.

4. Considera te quoque tibi ipsi videri aliquando satis dispositum ad multa sustinenda pro DEO non solum mala, quæ evenire possint, sed probabiliter eventura sint in victu, in vestitu, in ceteris ejusmodi malis, sed cum deinde reipsa sumitur expectationem, non sic esse, tæque ad primum cedere assultum. non ita faciebat Apostolus, non ita. ipse provocat mala ad faciendum assultum. Ista verò cum accederent, quid agebas? superabat. *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.* Iudicande tu superas illorum aliqua, sed non omnia, quia exempli causâ relictis malis corporis, cedis autem malis animi. Si resistas malis animi, vice versâ malis corporis succumbis. Ille omnia superavit. *In his omnibus superamus*, quid ajo, superavit? ipse ultro illis occurrit, ut ideo, ubi Latinus interpres dicit, *superamus*, Græcus vertat, *supervincimus*. Ille vincit, qui animosè suffert mala, quoties occurrit, porrò qui his non contentus insuper alijs ipse occurrit, non vincit solum, sed superavit, prout faciebat famosus ille Job, qui non contentus doloribus tam acerbis, tam continuis, quos spiritus inimicus suscitabat in corpore, spiritum augebat, & exasperabat testarum fragminibus ulcera, quæ panaculis lineis mitigare poterat. *testâ sanam radebat.* Quid tu dices, qui

in rebus longè levioribus non modò supervincere non potes; sed neque vincere? nonne justissimam habes causam humiliandi te ipsum? audi, ut loquatur Apostolus: *In his omnibus superamus*, non ait, *superamus hac omnia*, sed in his omnibus superamus, ut ostendat, se in his malis non finivisse victoriam, si etiam plura fuissent possibilia, promptus erat etiam ad plura superanda.

5. Considera non idcirco despondendum animum. tu quoque si velis, poteris pro conditione status tui ed pertingere. Sufficit te quoque inflammari amore JESU. hic enim solus erat, qui Apostolo tantum dabat roboris. *In his omnibus*, agebat, *superamus propter eum, qui dilexit nos.* verbis istis: *Propter eum*, duo significare potuit, propter affectum, quem ipse gerebat ad Christum, & propter auxilium, quod recipiebat à Christo. utrumque etiam tibi inspirare potest animos. Quod si experiri velis hunc affectum, & sperare hoc auxilium, sic age. expende, quantum placuerit Domino te amare. non solum diligit, sed dilexit, dum tanrò antea te amavit, quàm tu velles, aut posses ipsum amare. *Dilexit*, quando te elegit ante mundi constitutionem, ut admitteret in partem gloriæ suæ, modò velis. *Dilexit*, quando te creavit. *Dilexit*, quando te conservavit. *Dilexit*, quando tot dedit, & tam opportunas occasiones operandi bene. Sed ante omnia dilexit, cum

Hh h 2 pro



pro te mala sustinuit tanto graviora illis, quæ vicissim à te requirit. quod enim erit malum, quod in te irruat? *Tribulatio?* at tui tribuli nequitiam pares erunt illis Christi JESU, qui tam asperam illi coronam necēbant. *An angustia?* sed quales demum erunt angustiae tuæ? talēne, ut sanguineum tibi exprimant sudorem? *An famos?* *an nuditas?* At victus tuus, vestitus tuus, eritne tam pauper, ut erat ille Christi, quo vitam tui causā trahebat adeò laboriosam? *Pauper sum ego, & in laboribus à juventute meā.* Pl. 87. v. 16. *An periculum?* quot ille incurrit adhuc infans in regionibus exte-

ris? *An persecutio?* quanto fuit obnoxius etiam in patria? *gladius?* hic verò alio oportet quàm ut leves oculos ad crucem. An unquam pro ipso ad crucem poteris redigi? Ecce igitur lumen tuum *Tentatum* per misericordiam tuam, & si ipse tantum te dilexit, numquid & ipse poterit omnem obtinere potentiam? Numquid omne patere tibi poteris auxilium, in quo tu quoque possis dicere cum Angelo: *sed in his omnibus superavi propter eum, qui dilexit me, & tantum superavi, sed supervincimus.*

